21
8
BUHR B
a39015 00033567 2b
Digitized by Google

1817
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN

Digitized by Google

Herwerden
PA 3521 .H58
Dup of 367658

ANALECTA CRITICA

AD

THUCYDIDEM, LYSIAM, SOPHOCLEM, ARISTOPHANEM

ET COMICORUM GRAECORUM FRAGMENTA.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN,
in Acad. Rheno-traiectina Litt. Prof.

TRAIECTI AD RHENUM,
apud J. VAN DRUTEN.

Digitized by Google

Digitized by Google

PA
3521
.H58

ANALECTA CRITICA

AD

THUCYDIDEM, LYSIAM, SOPHOCLEM, ARISTOPHANEM

ET COMICORUM GRAECORUM FRAGMENTA.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN,
in Acad. Rheno-traiectina Litt. Prof.

TRAIECTI AD RHENUM,
APUD J. L. BEIJERS.
MDCCCLXVIII.

Digitized by Google

PA
3521
.H55

Ἡδονὴν ἔχει,
ὅταν τις εὕρῃ καινὸν ἐνθύμημά τι
δηλοῦν ἅπασιν

ANAXANDRIDES.

Ex officina Typographia G. A. VAN HOFTEN.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

De variis huius libelli argumentis pauca monuisse suffecerit. Capite *primo* continentur progymnasmata quaedam ad editionem quam praeparo THUCYDIDIS. Caput *tertium* epimetrum esto ad dissertationem meam Academicam continentem *observationes criticas in fragmenta comicorum Graecorum* Lugd. Bat. apud E. J. Brill a. 1855 adque libellum, qui paene decennio post ibidem apud Doesburg in lucem prodiit inscriptus: *Nova addenda critica ad Meinekii opus Fragmenta comicorum Graecorum*, quorum opusculorum rationem habuerunt JACOBI in *Comicae dictionis indice* et ipse MEINEKE in *Analectis criticis ad Athenaeum*. Studia mea SOPHOCLEA, quorum nova prompsi specimina in capite *secundo*, denuo provocavit TOURNIERI editio Sophoclis, quae anno proximo prodiit Parisiis, neque minus DINDORFII editio quinta poetarum Scenicorum Graecorum et quas nuper SEYFFERT aliique singularum fabularum curarunt recensiones. Observationes nonnullae ad ARISTOPHANEM et LYSIAM, *quarto* ac *quinto* capite comprehensae, hanc scriptionem claudunt, in qua componenda, ne in

Digitized by Google

nimiam molem cresceret, more meo brevis esse laboravi, exoptans mihi lectores, quales hucusque nactus sum, qui *σῦκα* et *κάρδαμα* probe distinguere didicerint. Haec ut quam rarissima essent, saepe stilum verti. Si quid autem forte me latuit occupatum ab aliis, quam imploro veniam, ab aequo lectore, sat scio, impetrabo.

Scribebam TRAIECTI AD RHENUM
Kalendis Maiis a. MDCCCLXVIII.

Digitized by Google

CAPUT I.

AD THUCYDIDEM.

Lib. I. 7 extr. *ἔφερον γὰρ ἀλλήλους τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν.* Neque nudum *φέρειν* h. l. quicquam potest significare, neque frequens formula Attica *ἄγειν καὶ φέρειν* s. *φέρειν καὶ ἄγειν* pro *διαρπάζειν* Thucydidea est. Scribendum arbitror: *ἔφθειρον γὰρ ἀλλήλους κτέ.* Cf. III. 92 § 2. IV. 61 § 1, 66 § 1.

8 § 2. *ὡς πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι.* Lege *αὐτοὶ ἑαυτῶν.* Cf. III. 11 § 1. VI. 72. VII. 66 extr.

33 § 3. *μηδὲ δυοῖν [φθάσαι] ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι. ἡμέτερον δ' αὖ ἔργον προτερῆσαι.* Expungatur *φθάσαι*, quae est varia lectio ad *προτερῆσαι.*

35 § 4. *ὅπερ σαφεστάτη πίστις καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι.* Krüger coniecit *τοὺς μεταστήσοντας* „*vos, si nos repudiaveritis.*" At *μεθιστάναι* eo sensu graece non ponitur, et sententia haud dubie haec est: *idonei qui societate non iunctos laedant.* Cf. 33. § 3. Hinc legendum arbitror: *ἱκανοὶ τοὺς μὴ ξυστάντας βλάψαι.* Cf. I. 1 et 15.

40 § 2. *καὶ ὅστις μὴ τοῖς δεξαμένοις, εἰ σωφρονοῦσι, πόλεμον ἀντ' εἰρήνης ποιήσει.* In hoc loco explicando frustra desudant viri docti. Ego Thucydidi reddiderim: *καὶ ὅστις μὴ*

Digitized by Google

τοῖς δεξαμένοις ἐ(π)ὶ σωφρονοῦσι πόλεμον — ποιήσει, i. e. *adversus populum moderatum* (*,quales sumus Corinthii*). Ad ἐπὶ c. Dat. hoc sensu usurpatum cf. I. 103 § 4. III. 63 § 2.

63 § 2. ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσῃ χωρήσας [ἢ ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου ἢ ἐς τὴν Ποτίδαιαν]. Inutile additamentum, in quo duplex ἢ prodit falsarium.

90 § 3. τειχίζειν δὲ [πάντας] πανδημεὶ [τοὺς ἐν τῇ πόλει] καὶ αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας. Non sufficit cum Krügero expellere sola verba τοὺς — πόλει. Cf. 126 § 4. III. 3 med. VI. 65 § 1 (ubi expungas πᾶσιν).

91 § 1. τῶν δ' ἄλλων ἀφικνουμένων καὶ σαφῶς κατηγορούντων κτέ Quinam sint illi *reliqui*, non facile dixeris. Ambigo, utrum corrigendum sit: τινῶν δ' ἄλλων κτέ., an: τῶν δ' ἀφικνουμένων σαφῶς κτέ.; expunctis voculis ἄλλων et καί. Cf. 95 § 3 et III. 93 § 3.

93 § 1. οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔστιν ᾗ. Nihildum allatum est aut afferri poterit, unde confirmetur ξυνειργάσθαι dici posse *lapides ita accisos* (nam sic interpretantur) *ut alius alii aptus sit*. Suspicor ξυνηρμοσμένων. Corruptelae ansam dedit subsequens partic. εἰργασμένοι.

95 § 3. ξυνέβη τ' αὐτῷ καλεῖσθαι. Sermo est de Pausania *revocato* ab Ephoris, quapropter legendum videtur ἀνακαλεῖσθαι. Cf. 131 § 1.

115 § 2. νεωτερίσαι βουλόμενοι [τὴν πολιτείαν]. Expungantur ultima vocabula. Ferri posset νεωτερίσαι περὶ τ. π.

122 § 3. τύραννον δ' ἐῶμεν ἐγκαθεστάναι ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τοὺς δ' ἐν μιᾷ μονάρχους ἀξιοῦμεν καταλύειν. Ipsa oppositio flagitat aliquid in hunc sensum: τοὺς δ' ἐν μιᾷ (ἑκάστῃ πόλει) μονάρχους ἀξιοῦμεν καταλύειν.

128 § 2. τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον vix dicere Thuc. potuit bellum Persicum. Coniicio τὸν Μηδικὸν πόλεμον. ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ eo facilius e ΜΗΔΙΚΟΝ nasci potuit, quod in vicinia legitur ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ.

130 § 2. δυσπρόσοδόν τε αὑτὸν παρεῖχε καὶ τῇ ὀργῇ

Digitized by Google

[οὕτω] χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας [ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι]. Expungo interpretamentum vocabuli δυσπρόσοδον. Male Kr. delevit solum vocabulum δύνασθαι, ut προσιέναι sit a προσίημι. Quasi *ad se admittere* Graece προσιέναι sit, non προσίεσθαι.

141 § 3 pro πληροῦντες requiro πληροῦν.

144 § 3. πολέμου δ' οὐκ ἄρξομεν, ἀ ρ χ ο μ έ ν ο υ ς δ' ἀμυνούμεθα. Immo vero ἄ ρ χ ο ν τ α ς i. e. *qui priores nos laeserint*, nisi forte praestat ἄρξαντας.

II. 4 § 2. λαθόντες [καὶ] διακόψαντες. Cf. III. 39 § 7. Ib. ἐμπείρους δ' ἔχοντες τοὺς διώκοντας [τοῦ μὴ ἐκφεύγειν]. Ad ἐμπείρους e superioribus mente repetendum τῶν διόδων.

13 § 1. τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ παραλίπῃ [καὶ μὴ δῃώσῃ]. Interpretamento interiit omnis sermonis nitor. Similiter mox insiticia sunt vocabula τῶν χρημάτων τῆς προσόδου post vocabula: λέγων τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς ἀπὸ τούτων (sc. τῶν ξυμμάχων εἶναι). Quam inepte in vulgatis tres Genetivi alius ex alio suspenduntur!

19 § 1. Expunge verba ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος — βασιλεύς inepte supervacanea. Cf. 10 § 3. 12 § 3 et 18. Invecta e 47 § 2 et 71 § 1.

22 § 2. καὶ οἱ Πελοποννήσιοι. Sententia postulat καί(τ)οι *nihilominus*.

35 § 1. μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι [πιστευθῆναι]. Cf. Plato. Lach. 187 B. μὴ οὐκ ἐν τῷ Καρὶ ὑμῖν ὁ κίνδυνος κινδυνεύηται ἀλλ' ἐν τοῖς υἱέσιν. Retinenti πιστευθῆναι omnino addendum sit τ ε κ α ὶ μ ή, sed glossema esse aliquanto mihi videtur probabilius.

40 § 1. καὶ ἑ τ έ ρ ο ι ς πρὸς ἔργα τετραμμένοις τὰ πολιτικὰ μὴ ἐνδεῶς γνῶναι. Haud absurde coniectum est ἕ τ ε ρ α, sed et lenius et aptius mihi videtur ἑ τ ε ρ ο ῖ α πρὸς ἔργα i. e. *diversi generis*.

42 extr. καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμύνεσθαι καὶ π α θ ε ῖ ν μ ᾶ λ λ ο ν ἡγησάμενοι ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι κτέ. Locum vexatissimum

Digitized by Google

Dobrei, qui *κάλλιον* coniecit, vestigiis insistens sic tento: *ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι καί (τι) παθεῖν* (i. e. *vel occumbere*) *κάλλιον ἡγησάμενοι κτέ.*

44 § 1. *ἐντελευτῆσαι.* An *εὖ τελευτῆσαι*, *quorum vitam felicem decora mors coronaverit?* Locus longe difficillimus.

48 § 1. (*ἡ νόσος*) *ἐς τὴν — πόλιν — ἐνέπεσε.* *Nusquam Thucyd. verba cum praepos. ἐν composita construit cum praep. εἰς, sed constanter cum Dativo.* Quocirca emenda *ἐσέπεσε.* Contrario errore IV. 4 § 1. legitur *τοῖς στρατιώταις ὁρμὴ ἐπέπεσε.* Graece *ἔρως*, *ἐπιθυμία*, *ὁρμή*, similia *ἐμπίπτουσι* non *ἐπιπίπτουσιν.*

70 § 3. *αὐτοὺς καὶ παῖδας* [*καὶ γυναῖκας*]. Cur deleverim nemini, qui locum attente legerit, obscurum fore confido.

86 extr. *παρεκελεύσαντο* [*καὶ ἔλεξαν*] *τοιάδε.* Cf. I. 139 extr., II. 10 extr., 88 in., 90 in., IV. 9 ext., 11 in., 12 in., 93 in., 96 in., 125 ext., 127 in. VI. 8 ext., 15 ext. 67 ext., 69 in. VII. 65 in., 69 in., 78 in VIII., 77 in. Corrigantur loci hice: IV. 94 ext., 115 § 1, VI. 32 ext. et VII. 60 ext.

89 § 5. *πολὺ δ' ὑμεῖς ἐκείνοις πλείω φόβον παρέχετε καὶ πιστότερον κατά τε τὸ προνενικηκέναι καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἡγοῦνται μὴ μέλλοντας τι ἄξιον τοῦ παρὰ πολὺ πράξειν ἀνθίστασθαι ὑμᾶς.* Vanos interpretum labores haec utcumque explicantium securus mecum ridebis rescripto: *μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παράπλου πράξειν κτέ.* Cf. 82 § 2. *παρέπλευσε δὲ καὶ ὁ Φορμίων ἐπὶ τὸ Ῥίον κτέ.* Ad dicendi rationem compara V. 60 *οὐδὲν δράσαντες ἄξιον τῆς παρασκευῆς.* In proxime praegressis erroris reperies originem.

III. 10 § 1. *εἰ μὴ μετ' ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο* (sc. *φιλία καὶ κοινωνία*). Pro *δοκούσης* requiro *δοκήσεως.* Sensus: *nisi cum mutua virtutis opinione fiant.* Cf. II. 35 med. IV. 18 extr. 87 § 1. 126 § 4. VII 67 § 1. Vulgatam scripturam non tuetur locus V. 16 § 6. Nam quomodo *ἐς ἀλλήλους* pendere potest a *δοκούσης?*

12 § 1. *ὑπεδεχόμεθα.* Egregie Haase *ὑπηρχόμεθα*, quod

Digitized by Google

Atticum esse male negavit Krüger. Vide Cobetum in Mnem. III. p. 106.

17 § 1. *ἐν τοῖς πλεῖσται δὴ νῆες ἅμ' αὐτοῖς ἐνεργοὶ κάλλει ἐγένοντο.* Suspicor *ἄλλαι ἄλλῃ.*

22 § 3. *ξὺν ξιφιδίῳ καὶ (ἐν) θώρακι.* Insere *ἐν.*

31 med. *οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι.* Lege *ἀκουσίῳ.*

42. *χαλεπώτατοι δὲ [καὶ] οἱ ἐπὶ χρήμασι προσκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινά.* Legendum: *προκατηγοροῦντες ἐπιδείξειν τινά.* Respondent haec verba insimulationi Cleonis 38 § 2 *δῆλον ὅτι ἢ τῷ λέγειν πιστεύσας τὸ πάνυ δοκοῦν ἀνταποφῆναι ὡς οὐκ ἔγνωσται ἀγωνίσαιτ' ἂν ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος κτέ.* Cf. 40 § 3. *Ἐπιδείξειν* Classenio quoque venit in mentem, sed *προκατηγορεῖν* non minus est necessarium.

49 § 2. *ἐγένετο σπουδὴ τοῦ πλοῦ τοιαύτη ὥστ' ἤσθιόν τε ἅμα ἐλαύνοντες — καὶ [οἱ μὲν] ὕπνον ᾑροῦντο κατὰ μέρος [οἱ δὲ ἤλαυνον]* Formulae *κατὰ μέρος* interpretatio olim has turbas dedisse videtur. Dubitationem tamen iniicit locus IV. 26 *καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον οἱ* (pro *αἱ* Cob.) *μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο [κάτα μέρος] οἱ* (pro *αἱ* Cob.) *δὲ μετέωροι ὥρμουν*, ubi vocabula inclusa omittuntur a Suida s. v. *σῖτος.* Fortasse igitur praestat etiam h. l. delere *κατὰ μέρος.*

51 § 3. *τὸν ἔσπλουν — ἐλευθερώσας.* Frustra tentatur locus non valde difficilis. Cf. Dio Cassius XLII. 12 § 12 *τόν τε ἔσπλουν ἠλευθέρωσεν* atque ibid. 40 § 2. Quod coniecit Classen *κληθρώσας* nec Graecum est neque aptum sententiae.

52 § 2. *εἰ βούλονται — δικασταῖς ἐκείνοις χρήσασθαι τούς τε ἀδίκους κολάζειν παρὰ δίκην δ' οὐδένα.* Scribe: *ὥστε τοὺς ἀδίκους* (et fortasse *ἀδικοῦντας*) *κολάζειν κτέ.*, i. e. *ea conditione, ut noxios punirent.*

52 extr. *οἱ δὲ* (Plataeenses) *ἔλεγον αἰτησάμενοι μακρότερα εἰπεῖν — καὶ ἐπελθόντες ἔλεγον τοιάδε.* Certa emendatione repono: *οἱ δὲ λόγον αἰτησάμενοι μακρότερον εἰπεῖν — [καὶ] ἐπελθόντες ἔλεγον τοιάδε.* Cf. c. 60 et 61 § 1.

63 § 4. *τὰς ὁμοίας χάριτας μὴ ἀντιδιδόναι.* Graecum

Digitized by Google

est ἀντ(απο)διδόναι, ut recte legitur § 6. Contrario vitio 67 § 5 scribitur: καὶ οὐκ ἀνταποδόντες νῦν τὴν ἴσην τιμωρίαν, ubi verum est ἀντιδόντες.

68 § 3. Ἀθηναίων — οἳ ξυνεπολιορκοῦντο. Rei ratio postulat ξυνεπεπολιόρκηντο. Gravius laborat § 4 σχεδὸν δέ τι καὶ τὸ ξύμπαν περὶ Πλαταιῶν οἱ Λακεδαιμόνιοι οὕτως ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο Θηβαίων ἕνεκα. Neque enim ἀποτρέπεσθαι in oratione certe pedestri ponitur pro ἀποστρέφεσθαι i. e. *aversari*, quae notio ne ipsa quidem huic loco satis convenit, neque Participium Pfti cum verbo γίγνεσθαι periphrastice iunctum non abhorret a scribendi consuetudine. Adiectivum igitur in isto Participio latet, quod significet *durum, immite, implacabile*. Ne multa: unice convenit ἀτέραμνοι. Cf. Bekk. An. p. 8 et p. 20.; Timae. p. 38 in voce ἀτενής, ubi vide doctam Ruhnkenii adnot.; Etymol. M. s. v. ἀτεράμων; Plato legg. IX. 830 c.; Arist. Ach. 181. Negabit, opinor, nemo Lacedaemonios ἀπαραιτήτους, σκληροὺς καὶ ἀπηνεῖς, ut uno vocabulo dicam, ἀτεράμνους se praestitisse in Plataeenses. Ad praep. περὶ c. G. (= *respectu*) compara II. 6 μηδὲν νεώτερον ποιεῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν et ibid. τὰ περὶ τῶν Πλαταιῶν γεγενημένα.

82 § 2. ὁ ἐπικελεύσας τὸν μὴ διανοούμενον. Suspicor ὁ ἐπικωλύσας τὸν μηδὲ διανοούμενον, quae ὀξυμώρως dicta accipiantur. Verbo ἐπικωλύειν utitur Thuc. VI. 17 § 5.

104 § 2. τὴν πεντετηρίδα — [τὰ Δήλια]. Byzantinis fortasse utile additamentum, Graecis non item.

IV. § 5. ἐν ταῖς Ἀθήναις. Lege ἐν τῇ Ἀθηναίων. Erroris originem explicabit Cobet Mnem. III. p. 387.

10 § 3 locus est mutilus, quem sic suppleo: ὃ (sc. τὸ χωρίον) μενόντων (μὲν) ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ (ἐναντίον, ἐκείνοις γὰρ) καίπερ χαλεπὸν ὂν εὔπορον ἔσται μηδενὸς κωλύοντος κτέ.

12 extr. ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐποίει τῆς δόξης. Conieci: ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐπῄει τὰ τῆς δόξης i. e. *late enim pervagabatur opinio*. Cf. II. 60 § 1 τὰ τῆς ὀργῆς, VII. 49 τὰ τῆς ἐμπειρίας

Digitized by Google

et ita saepe. Ad ἐπὶ πολύ cf. VI. 37 extr. Contrario errore II. 8 (ἡ εὔνοια — ἐποίει) perperam ἐπῄει est in quibusdam libris. Quem locum qui imitatur Arrianus in Anab. II. 2 § 3 scripsit τὰ τῆς εὐνοίας pro ἡ εὔνοια.

21. med. Verba ἀνὴρ δημαγωγὸς — πιθανώτατος scholium est marginale. Cf. III. cap. 36 extr., unde petitum est.

24 in. ἐν τούτῳ δὲ οἱ [ἐν τῇ Σικελίᾳ] Συρακόσιοι. Quasi aliae sint Syracusae, quam Siculae. Thuc. certe scripsisset ἐν τῇ Σικελίᾳ οἱ Συρακόσιοι.

25 in. ἐς τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα [τό τε ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ]. Benigne; sed stipes sit oportet, qui id non meminerit. Cf. cap. praec.

26 med. ἀπαίροντες [ἀπὸ] τῆς Πελοποννήσου ὁπόθεν τύχοιεν. Genetivus pendet ab ὁπόθεν.

28 extr. ἐνέπεσέ μέν τι καὶ γέλωτος (ἐπὶ) τῇ κουφολογίᾳ αὐτοῦ. Inseratur ἐπί.

36 § 2. λαβὼν δ' ἃ ᾐτήσατο. Immo vero: οὓς ᾐτήσατο (sc. τοὺς τοξοτὰς κτέ.). Cf. 30 § 3 ἔχων στρατιὰν ἣν ᾐτήσατο. Interpretes male accipiunt pro εὑρόμενος ὃ ᾐτήσατο.

39 § 2. καὶ ἦν σῖτος ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἄλλα βρώματα ἐγκατελήφθη. Scribe καὶ (μ)ὴν σῖτος κτέ., ut supra II. 22 § 2 ex καὶ οἱ elicui καίτοι. De voculis καὶ μὴν novi quid et inopini inchoantibus videatur Hoogeveen Doctr. Part. p. 584 sq.

40 § 1. Conieci: ἀλλ' (ἀντ)έχοντας καὶ μαχομένους (ἕ)ως ἐδύναντο ἀποθνήσκειν. Ultima huius capitis verba: δήλωσιν ποιούμενος — διεφθείρετο procul dubio sunt interpretis.

44 § 1. Imperite Kr. in adnot. confundit ξυμμαχεῖν et ξυμμάχεσθαι. Verbum decompositum ξυμμαχεῖν significat ξύμμαχον εἶναι, nec raro accidit, ut οἱ ξυμμαχοῦντες non ξυμμάχωνται.

45 § 3. τὸν τῆς Χερσοννήσου ἰσθμὸν — ἐν ᾧ ἡ Μεθώνη ἐστί. Si genuina sunt verba ἐν ᾧ — ἐστί, profecto corrigendum ἐν ᾗ κτέ, quia urbs Methone non in isthmo sita est, sed in ipsa peninsula.

46 § 1. ἐπὶ τοὺς ἐν τῷ ὄρει [τῆς 'Ιστώνης] κτέ. Remove

Digitized by Google

solocecismum expuncto nomine proprio, quod satis fuit memorare III. 85 extr. Cf. IV. 2 med. et 48 § 4. Ibid. § 3 lege: *οἱ δὲ τοῦ δήμου προστάται [τῶν Κερκυραίων] δεδιότες μὴ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτοὺς* (pro *τοὺς*) *ἐλθόντας οὐκ ἀποκτείνωσιν.*

47 § 1. *ὡς δ' ἔπεισαν καὶ — ἐληφθησαν.* L. *ἐπείσθησαν.*

55 § 2. *ὁπλιτῶν πλῆθος ὡς ἑκασταχόσε ἔδει.* L. *ὅσον.* Ibidem *πολέμου ταχέος* frustra tentarunt et alii et nuperrime Naber. Cf. VI. 45 extr. et Cassius Dio 51. 5 § 6.

59 § 2. *τί ἂν τις πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων — μακρηγοροίη.* Legerim: *τὸ ἐνὸν εἰπεῖν λέγων κτέ.*

66 § 2. Supple *μὴ ἀμφοτέρωθεν τὴν πόλιν φθείρειν* (*ἐᾶν*).

67. Tum alia in hoc capite interpolata sunt tum verba: *ἡ φυλακὴ μὴ ὄντος ἐν τῷ λιμένι πλοίου φανεροῦ μηδενός*, quibus deletis, cum Krügero pro *ἀφανής* corrige *ἀφανές*, sc. *τὸ ἀκάτιον.*

68 § 3. *Ἀνοίγειν* ubique scripsit Thuc., nusquam *ἀνοιγνύναι.* Cf. editio mea Oedipi Tyranni, p. 223.

76 § 1. *Βουλομένων μεταστῆσαι τὸν κόσμον [καὶ] ἐς δημοκρατίαν [ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι τρέψαι].* Num putas Athenienses voluisse aut potuisse *τρέψαι τὸν κόσμον ἐς δημοκρατίαν?* Insuper *τρέψαι* otiosum est.

83 § 2. *ὥστ' ἐκ τοῦ τοιούτου κοινῇ μᾶλλον ὁ Βρασίδας τὰ τοῦ Ἀρριβαίου ἠξίου πράσσειν.* L. *κοινῶς* i. e. *sine studio.* Cf. Dio 45. 44 § 2

124 extr. *τῆς Μένδης περιορώμενος.* Schol. *κηδόμενος.* Legerim *προορώμενος.*

125 § 2. *ξυναγαγὼν καὶ αὐτὸς ἐς τετράγωνον τάξιν τοὺς ὁπλίτας.* Substituendum quod veteres in ea re constanter dicunt, *ἐς πλαίσιον*, cuius formulae lectio vulgata interpretamentum mihi esse videtur. Cf. VI. 67 ibique adnotationem Scholiastae: *ἐν πλαισίῳ] ἐν τετραγώνῳ σχήματι.*

129 § 5. *ἐς ὀλίγον ἀφίκετο — νικηθῆναι.* L. *παρ' ὀλίγον.* Cf. VIII. 76, III. 49. 79 VII. 71. Praep. *ἐς* non agnoscunt codd. *HN.*

130 § 3. *καὶ τινος αὐτῷ τῶν [ἀπὸ] τοῦ δήμου ἀντειπόν-*

Digitized by Google

τος — καὶ ὡς ἀντεῖπεν ἐπισπασθέντος — καὶ θορυβηθέντος κτέ. L. θορυβήσαντος i. e. *quum tumultum excitasset.*

133 § 2. ὅτι ἐπεφεύγει. L. ὅτ' ἔφυγε, ni potius utrumque vocabulum expungendum.

V. 10 § 5. Suspecta mihi sunt verba: οἷς γὰρ ἂν τοῦτο γίγνηται — τοὺς ἐπιόντας. Redolent enim interpretem potius quam ingeniosum scriptorem. Ad rem cf. Liv. IV. 37 § 10.

22 § 2. Expunge νομίσαντες αὐτούς et οὐ ante δεινούς.

23 extr. ὅτι ἂν δοκῇ, εὔορκον ἀμφοτέροις εἶναι. Transpone δοκῇ ἀμφοτέροις, εὔορκον εἶναι. Cf. c. 18 extr. et c. 29.

29 § 1. κατέστραπτο [ὑπήκοον] et 32 § 1 Δηλίους δὲ κατήγαγον πάλιν [ἐς Δῆλον] et V. 1. Δηλίους ἀνέστησαν [ἐκ Δήλου]. Vocabula inclusa relegentur in marginem.

36 § 3. Transpone: ἀεὶ καλῶς ἠπίσταντο — σφίσι φίλιον γενέσθαι.

38 § 1. τὸ γὰρ αὐτὸ ἐποίουν. Conieci ἔσπευδον, ut τὰ ὁμοῖα σπεύδειν cap. 37 § 4, ubi recte Kr. delet praep. ἐς.

46 § 1. ὁ Νικίας καίπερ [τῶν Λακεδαιμονίων αὐτῶν ἠπατημένων] καὶ αὐτὸς ἐξηπατημένος [περὶ τοῦ — ἥκειν] ὅμως κτέ. Cf cap. praec. § 2. Et incongrua menti scriptoris sunt quae uncinis sepsi et spurca oratione conscripta. Nam primum deceptos esse Lacones nihil attinebat h. l. diserte repetere, quoniam rei cardo vertitur in fraude, in quam ipse Nicias inciderat, idque eo minus quod *illud* iam significatur vocabulis καὶ αὐτός, tum prorsus absurde additur αὐτῶν, tandem Nicias non ἐξηπάτητο περὶ τοῦ sed τῷ μὴ αὐτοκράτορας ὁμολογῆσαι ἥκειν. Vocabula τῶν Λακ. — ἠπατημένων, si me audis, sunt scholium marginale ad verba καὶ αὐτός, verba περὶ — ἥκειν ad ἐξηπατημένος.

54 extr. τινες [οἱ] μὲν — οἱ δέ. Similiter subinde dicitur ἔνιοι μὲν — οἱ δέ, οἱ μὲν — ἄλλοι δέ.

64 extr. διελθεῖν τὴν πολεμίαν· ξυνέκλῃε γὰρ διὰ μέσου. An ξυνεχὴς (sc. πολεμία), i. e. *continua enim terra hostilis* (*Argolis et Arcadia*) *eos separabat?* Cf. Dio Cass. 55. 20 πολλὴ γῆ διὰ μέσου ἐστίν.

Digitized by Google

99. ὅσοι ἠπειρῶται — πολλὴν τὴν διαμέλλησιν τῆς πρὸς ἡμᾶς φυλακῆς ποιήσονται Qualis fere sententia postuletur, sensisse mihi videtur Portus, licet Graecitati vim inferat interpretando: μέλλουσιν ἀκριβῶς φυλάττεσθαι ἡμᾶς. Lege διαμίλλησιν — ποιήσονται i. e. διαμιλλήσονται, *certatim sibi cavebunt a nobis*. Ne quis διάμιλλαν postulet, cl. διάπειραν sim., moneo πείρασιν pro πεῖραν nostrum dixisse VI. 56.

VI. 11. Supple: τὰ γὰρ διὰ πλείστου (πλεῖστον) πάντες ἴσμεν θαυμαζόμενα.

31 § 4. ἐπίδειξιν τῆς [δυνάμεως καὶ] ἐξουσίας.

64 extr. ἐπὶ τὸ στράτευμα ἐλθεῖν. Lege σταύρωμα et mox post ῥᾳδίως expunge τὸ στράτευμα.

72 § 2. Verba καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν sunt interpretamentum vocabuli πολυαρχίαν. Vocula καὶ ante τὴν πολυαρχίαν valet *etiam* respondetque praegressis τὴν δ' ἀταξίαν βλάψαι.

76 § 3. Supple ἀπὸ σφῶν (αὐτῶν) i. e. *sponte sua*. Cf. V. 60, VIII. 47.

VII. 49 § 1. Lege: (μᾶλλον) ἢ πρότερον ἐθάρσησε κρατήσειν. Cf. 47 § 2 extr., ubi suspicor: καὶ τῶν Συρακοσίων ταῖς γοῦν ἐπελθούσαις ναυσὶ κρατεῖν Vulgo scribitur τοῦ στρατεύματος, quod oriri potuit ex male intellecto compendio vocabuli Συρακοσίων.

52 § 2. ἐν τῷ [κοίλῳ καὶ] μυχῷ τοῦ λιμένος. Cf. c. 4.

VIII. 37. μήτε Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους [τῶν Λακεδαιμονίων] et sic mox quoque legendum. Sexcentis locis Thucydideis potest demonstrari haec vocabula esse insiticia.

76 § 2. ὑπετόπευον. L. ὑπετόπουν, depravatum superscripto glossemate ὑπώπτευον.

86 § 1. πρεσβευταί. Semper alibi Plur. num. πρέσβεις dixit Thuc., quod ei hic quoque reddas.

97 § 1. Ex hoc loco corrige Diodorum XIII. 38 τὸ σύστημα τῆς πολιτείας ἐκ τῶν πολιτῶν συνεστήσαντο. L. πεντακισχιλίων.

Digitized by Google

CAPUT II.

AD SOPHOCLEM.

Aiacis vs. 137 sqq:

σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διὸς ἢ ζαμενὴς
λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ,
μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι
πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.

Plura sunt in his indigna Sophocle: primum enim parum concinne nec satis apte ζαμενὴς iunctum est cum λόγος, quod iam habet suum epitheton, dum πληγὴ Διός epitheto plane caret, deinde vocabula καὶ πεφόβημαι post illa μέγαν ὄκνον ἔχω valde frigent, tandem suspicione non prorsus vacant vocabula πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας. licet parum me iudice probabilis sit Piersoni coniectura: φηνῆς ὡς ὄμμα πελείας. Ab ultimis verbis manum abstinendam esse ratus locum sic constituerim:

σὲ δ' ὅταν ζαμενὴς πληγὴ Διὸς η
λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ,
μέγαν ὄκνον ἔχω
πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.

Ibid. vs. 299: τοὺς δὲ δεσμίους
ἠκίζεθ' ὥστε φῶτας [ἐν ποίμναις πίτνων]·

Tria ultima vocabula, quae optime habent supra vs. 185, h. l. infelix supplementum lacunae esse iudico.

Ib. vs. 382: ἦ που πολὺν γέλωθ᾽ ὑφ᾽ ἡδονῆς ἄ γ ε ι ς. Malim γέλωτα ἔ χ ε ι ς i. e. γελᾷς, ut ἔχειν γόους, λῆστιν, σπάνιν, μνήμην, δέος, ἔρευναν, συγγνώμην ponuntur a Sophocle pro γοᾶσθαι ἐπιλανθάνεσθαι, σπανίζεσθαι, μεμνῆσθαι, δεῖσαι, ἐρευνᾶν, συγγιγνώσκειν.

Ib. vs. 890: ἀ μ έ ν η ν ο ν ἄνδρα κτέ.
Utrumque vocabulum spectare Aiacem et manifestum est et hodie satis convenit inter viros doctos, unde necessario sequitur ἀμενηνὸν depravatum esse. Reliqua viri epitheta ὠμόθυμον (885), στερεόφρων (926), ὠμόφρων (931), ὠμοκράτης (205), δυστράπελος (913), alia eo ducunt, ut suspicer h. l. poetae reddendum esse:

ἀλλ᾽ ἀ τ έ ρ α μ ν ο ν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου.

Electrae. vs. 683:

ὅτ᾽ ᾔσθετ᾽ ἀνδρὸς ὀρθίων κ η ρ υ γ μ ά τ ω ν
δρόμον π ρ ο κ η ρ ύ ξ α ν τ ο ς κτέ.

Sophoclea elegantia dignior fuerit scriptura haece:

ὅτ᾽ ᾔσθετ᾽ ἀνδρὸς ὀρθίων γ η ρ υ μ ά τ ω ν
δρόμον π ρ ο κ η ρ ύ ξ α ν τ ο ς κτέ.

Ib. vs. 995:

π ο ῖ γάρ ποτ᾽ ἐ μ β λ έ ψ α σ α τοιοῦτον θράσος
αὐτή θ᾽ ὁπλίζει κἄμ᾽ ὑπηρετεῖν καλεῖς;

Nihili est in hac iunctura verbum compositum ἐμβλέπειν, quod debetur correctori, de metro nimium sollicito. Corrigatur:

ποῖ γάρ ποτε β λ έ ψ α σ α κτέ.

Aiac 514 ἐμοὶ γὰρ οὐκέτ᾽ ἐστὶν εἰς ὅτι βλέπω. Cf. El. 888. Ai. 1290. O. R. 858.

v. 1384 sq.: Ἴδεθ᾽ ὅποι προνέμεται
τὸ δ υ σ έ ρ ι σ τ ο ν αἷμα φυσῶν Ἄρης.

Facilius intellegetur:

τὸ δ υ σ ά ρ ε σ τ ο ν αἷμα κτέ.

i. e. *caedes, quae non facile expiatur.*

Oed. Col. 164 sq.:

μετάσταθ᾽, ἀπόβαθι. Πολλὰ κέλευθος ἐ ρ α τ ύ ε ι.

»Musgrave ἐρατύοι: at iubentis oratio requiritur, non

»optantis.“ Sic Meineke, cui plane assentiens suspicor poetae reddendum esse:

μετάσταθ᾽, ἀπόβαθι, πολλὰ κέλευθος ἐ ρ υ κ έ τ ω.

Usus est Sophocles eo verbo Trach. 121 et Philoct. 1153.

Ib. vs. 306 sq.: ὥστε, κεἰ βραδὺς

ε ὕ δ ε ι, κλύων σου δεῦρ᾽ ἀφίξεται ταχύς

Aliorum coniecturis accedat haec mea:

ὥστε, κεἰ βραδύς,

ε ὐ θ ὺ ς κλύων σου κτέ.

i. e. *simulac de te inaudiverit.*

Ib. 548:

ν ό μ ῳ δὲ καθαρὸς ἄϊδρις ἐς τόδ᾽ ἦλθον.

Una litera deleta scribe ν ό ῳ. Ad diaeresin huius vocabuli in melicis cf. Philoct. 1208, ad Dativum Ai. 964 κακοὶ γνώμαισι.

Vs. 1419 sq. πῶς γὰρ αὖθις ἂν πάλιν

στράτευμ᾽ ἄ γ ο ι μ ι τ α ὐ τ ὸ ν εἰσάπαξ τρέσας.

Recte in ταὐτὸν haesit Nauck. Sed neque quod ipse coniecit ἄγοιμ᾽ εὔτακτον neque quod Meinekio placuit ἄγοιμι τακτὸν mihi arridet, quoniam utrumque adiectivum nimis otiose adderetur. Itaque malim:

στράτευμ᾽ ἄ γ ο ι μ᾽ ἐ ς τ α ὐ τ ὸ ν εἰσάπαξ τρέσας.

i. e. συλλέγοιμι s. ἀθροίζοιμι.

Vs. 1520 sqq.:

χῶρον μὲν αὐτὸς αὐτίκ᾽ ἐξηγήσομαι
ἄθικτος ἡγητῆρος, οὗ με χρὴ θανεῖν.
τοῦτον δὲ φράζε μή ποτ᾽ ἀνθρώπων τινί.
[μήθ᾽ οὗ κέκευθε μήτ᾽ ἐν οἷς κεῖται τόποις].

Ut taceam mire χ ῶ ρ ο ν dici κεκευθέναι et κεῖσθαι ἐν τ ό π ο ι ς, verbum κεῖσθαι, quippe cuius notio iam contineatur notione verbi κεκευθέναι, cum illa iungi omnino nequit per duplex μήτε Praeterea aetate Sophoclea, quum verbum φράζειν antiquam *indicandi* significationem nondum prorsus exuerat, totus versus erat plane supervacaneus, neque ante additus esse videtur quam inter illud verbum et λέγειν omne discrimen evanuit.

Digitized by Google

Vs. 1526: ἃ δ' ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ,
αὐτὸς μαθήσει.

Requiritur μηδὲ κινητ' ἐν λόγῳ i. e. καὶ ἀκίνητα. Praepositionem ἐν Dativo instrumentali saepe addi a Sophocle notum est. Cf. Antig. 961. Prom. 60, 102. Trachin. 886.

Vs. 1601 sq. τὰς δ' ἐπιστολὰς πατρὶ | ταχεῖ 'πόρευσαν σὺν χρόνῳ. Melius intellegerem 'πέρανα ν.

Vs. 1570 sqq. Suspicor: ὃν ἐν πύλαισι
ταῖσι (pro φασὶ) πολυξένοις
εὐνᾶσθαι — —
λόγος αἰὲν ἔχει.

Vs. 1644. πλὴν ὁ κύριος
Θησεὺς παρέστω μανθάνων τὰ δρώμενα.

Corrigatur μανθάνειν, *ut discat*. Eur. Andr. 49 ὁ γὰρ φυτεύσας αὐτὸν οὔτ' ἐμοὶ πάρα | προσωφελῆσαι.

Antigonae vs. 436 sqq.:

τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ κακῶν πεφευγέναι
ἥδιστον, ἐς κακὸν δὲ τοὺς φίλους ἄγειν
ἀλγεινόν. Ἀλλὰ πάντα ταῦθ' ἥσσω λαβεῖν
ἐμοὶ πέφυκε τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

Nemodum recte explicuit ultimorum verborum sensum. Nec sane facile dictu est, quo sint referenda vocabula πάντα ταῦθ'. Nam quominus ea vocabula accipiamus de proxime praegressis, sive de verbis τὸ μὲν — ἀλγεινὸν sive de verbis ἐς κακὸν — ἀλγεινόν, sententia loci manifesto prohibet. Qua re intellecta Nauckius interpretatur *omnes eiusmodi deliberationes:* sed docere supersedit eam vim vocabulis πάντα ταῦτα sermonem Graecum permittere et, quod non minus grave est, non ostendit quo sensu verbum λαβεῖν adiectum sit Verba igitur corrupta esse habeo persuasissimum nec fere dubito, quin Sophocles dederit:

Ἀλλὰ πάντα τἄλλ' ἥσσω λαβεῖν
ἐμοὶ πέφυκε τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

aut, si mavis, ἀλλὰ τἄλλα πάντ' (quod non est magis κακόφωνον quam τούτοις τοῦτο vs. 504) i. e. *celeris rebus*

Digitized by Google

omnibus praefero meam salutem. "Ησσω λαβεῖν ad literam significat *acceptu deteriora.*

Vs. 504: τούτοις τοῦτο πᾶσιν ἁνδάνειν
λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλήοι φόβος.
Aliquanto melius scriberetur: κλύοις ἂν κτέ.

Vs. 533: τρέφων δύ' ἄτα κἀπαναστάσεις θρόνων.
Quidni scribitur duali numero κἀπαναστάση? Similiter ἄτα in uno apographo depravatum est in ἄτας.

Vs. 647: μή νύν ποτ' ὦ παῖ τὰς φρένας [ὑφ' ἡδονῆς] | γυναικὸς οὕνεκ' ἐκβάλῃς. Lacunae supplementum bene expungit Nauck. Fortasse supplendum: τὰς (παρούσας σοι s. παρεστώσας) φρένας. Cf. Trach. 736 sq. et notum illud Aristophanis ὁ νοῦς παρὼν ἀποδημεῖ et, nescio ubi, σῶζε τὸν παρόντα νοῦν.

V. 659: εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει
ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους.
Expectes:
εἰ γὰρ δὴ τὰ συγγενῆ φύσει
ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τούς γ' ἔξω γένους.
nam particula γε, quae in protasi omni vi caret, vim haud exiguam addit apodosi. Cf. Hippol. 471 sq. Cod. Laur. τά τ' ἐγγενῆ, superscripto συγγενῆ.

Vs. 690 sq.: τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ
λόγοις τοιούτοις οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων.
Arena sine calce! Intercidisse suspicor unum versum. Animi causa conieci:
τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ,
(κοὐδεὶς ποτ' ἀστῶν ἐμφανῶς χρῆται, πάτερ,)
λόγοις τοιούτοις, οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων.
'Εμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε.

Quali versiculo interposito, responsum Haemonis totidem versibus constabit, quot oratio patris. Cf. El. 44. His scriptis video Dindorfium in ed. V Poet. Scen. eodem quo ego loco indicasse lacunam. Quam συνέμπτωσιν mihi gratulor. — Vide eius adnot. ad Eur. Heracl. vss. 223 sqq.

Digitized by Google

Vs. 662: ὅστις δ' ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται
ἢ τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατύνουσιν νοεῖ κτέ.

Qui probant Doederlini coniecturam ἤτοι ἐπιτάσσειν, eos provoco, ut unum mihi monstrent apud antiquos et probatos scriptores locum, ubi ἢ — ἤτοι legatur pro ἤτοι — ἤ. Praeterea ea plane inutilis est, quoniam a verba νοεῖν aeque recte infinitivus cum articulo pendet ac substantivum.

Vs. 795: νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου
νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς
θεσμῶν.

Et metrum et sententia vs. 796 corruptum esse clamant; nam, quam nuper M. Seyffert inde exsculpsit sententiam (*desiderium amoris oculorum venustate accensum socium se fecit imperii, penes quod maximae leges sunt, atque ita plus valuit quam ipsae hac leges*) ea tum in Graecis non inest, tum, si inesset, ita demum apta foret huic loco, si Haemo regni paterni fuisset particeps; quod contra est.

Manifesto autem aliquid requiritur in hunce sensum: *Puellae desiderium vicit Haemonis obedientiam legibus paternis*, quam sententiam poeta exornare potuit scribendo:

νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου
νύμφας τῶν μεγάλων πατρὸς ἀνάγκας
θεσμῶν.

i. e. *vicit autem* (in animo Haemonis) *manifestum oculorum venustate accensum desiderium puellae necessitates gravium edictorum paternorum.* Haud invenuste Plutarchus Lycurg. 13 leges vocavit ἐγγράφους ἀνάγκας. Sic demum recte illis respondebunt hi anapaesti:

νῦν δ' ἤδη ἐγὼ καὐτὸς θεσμῶν
ἔξω φέρομαι τάδ' ὁρῶν, ἴσχειν δ'
οὐκέτι πηγὰς δύναμαι δακρύων,
τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον
τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν.

nisi quod offensione non carent verba τάδ' ὁρῶν, mox se-

Digitized by Google

quentibus vocabulis ὅθ' ὁρῶ. Vide num forte scribendum sit: θεσμῶν ἔξω φέρομαι μαλερῶν, i. e. *vehementium, gravium.*

Ib. vs. 834. ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής,
ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς.

Θεογεννής pro θεογενης et similia non nisi seris Graecorum nepotibus concedenda sunt, quod non latuit Nauckium, qui suspicatur: ἀλλὰ θεός τοι θείου τε γένους. Leniore manu correxeris:

ἀλλὰ θεός τοι καὶ διογενής,

quemadmodum rectissime dici potuit Niobe, quippe cuius avus fuerit Jupiter. Haec scribens iam Bergkium idem coniecisse video. Omnino vero improbandum, quod ex Wieseleri coniectura recepit Seyffert θειογενής, vocabulum τοῦ πονηροῦ κόμματος, quod ex solis carminibus Sibyllinis protractum, neque habet in antiquiore Graecitate analoga.

Ib. 961: κεῖνος ἐπέγνω μανίαις
ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίοις γλώσσαις.

Verbum ψαύειν recte iungi cum Accusativo mihi quidem non persuasit Seyffert ad vs. 857. Et fac iungi posse, vel sic tamen non dubito affirmare eius verbi usum a vs. 961 alienum esse. Quid poeta ibi dederit ignoro, sed nil amplius requirerem, si legeretur:

χραίνων τὸν θεὸν κτέ.

Eur. Herc. Fur. 757: Τίς ὁ θεὸς ἀνομίᾳ χραίνων, θνητὸς ὢν ἄφρονα λόγον — κατέβαλ', ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί.

Ib. 966 sqq.: παρὰ δὲ κυανέων πελαγέων διδύμας ἁλὸς
ἀκταὶ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ Θρηκῶν
Σαλμυδησός, ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης
δισσοῖσι Φινεΐδαις
εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος
τυφλωθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος
ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις
ἀραχθὲν ἐγχέων ὑφ' αἱματηραῖς
χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσιν.

Google

Intellegi poterunt haec verba correcta in hunc modum:

παρὰ δὲ κυανέων σπιλάδων διδύμας ἁλὸς
— — ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης
δισσοῖσι Φινεΐδαις
εἶδεν ἀραῖον ἕλκος
ἀραχθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος
ἀλαῶν ἀλαστόρως ἐν ὀμμάτων κύκλοις
τυφλωθέντων κτέ.

Vs. 966 *σπιλάδων* debetur Wieselero, sed alia in protasi, quae finitur vocabulo *Σαλμυδησός*, manent vitiosa. Quorum curam aliis commendo. Reliquorum verborum *τὸ ἑξῆς* ex emendatione mea hoc est: *ἵν' Ἄρης εἶδεν ἕλκος ἐκ δάμαρτος ἀραχθὲν Φινεΐδαις ἐν κύκλοις ὀμμάτων ἀλαῶν* (proleptice dictum) *ἀλαστόρως τυφλωθέντων ὑφ' αἱματηραῖς χείρεσσι κτέ.* In his *ἀραῖον* pro *ἀρατὸν* Schneidewini coniectura est, *ἀραχθὲν* et *τυφλωθέντων* (hoc pro *ἀραχθέντων*, quod ex *ἀραχθὲν ἐγχέων* sollerter elicuerat Lachmann) probabiliter proposuit Nauck.

Vs. 1022: *ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.* Codex Laur. habet *π* in litura. Vix dubito olim fuisse *β*, i. e. *λίβος*, quod vocabulum recte an secus pro *λῖπος* (ita cod.) Casaubonus eumque secutus Blomfield substituebant Aesch. Ag. 1428. Cf. Choeph. 448.

Vs. 1080—1083: *ἐχθραὶ — πόλιν*
modo sint ab ipso Sophocle profecti, de qua re dubitavit Dindorf, certe eo quo nunc leguntur loco prorsus inepti sunt. Longe sane melius legerentur inter vs. 1022 et 1023.

Vs. 1095 sqq.: *ἔγνωκα καὐτὸς καὶ ταράσσομαι φρένας.*
τὸ τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινὸν ἀντιστάντα δὲ
ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα.

Locum conclamatum sic tentare lubet, ut legatur:

τὸ τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινὸν ἀντιστάντα τε
ἄτῃ πατάξαι τοὐμὸν ἐνδοῦναι κάρα,

i. e. *δεινὸν μὲν εἴκειν δεινὸν δὲ ἐνδοῦναι τοὐμὸν κάρα ἄτῃ πατάξαι.*

Digitized by Google

ΠΑΤΑΞΑΙΓΟΥΜΟΝΕΝΔΟΥΝΑΙΚΑΡΑ pro
ΠΑΤΑΞΑΙΘΥΜΟΝΕΝΔΕΙΝΩΙΠΑΡΑ
Cf. vs. 1271 et 1345. Oed. R. 263.

Graviter fallitur Seyffert putans se locum correxisse scribendo ἐ ν δεινοῦ πέρα, quod minime defenditur Aiacis vs. 1340 ἕν' ἄνδρ' ἄριστον aliisve locis, quos ibi congessit Lobeck. Praeterea nemini facile vir egregius probabit »ἄτῃ πατάξαι θυμὸν tam sanum esse quam *ferire* vel *percutere* pectus *dolore* scilicet calamitatis suo vitio contractae."

Vs. 1134: ἀμβρότων εὐαζόντων ἐ π έ ω ν

Mire ipsa ἔπεα dicuntur εὐάζειν, quod est eorum qui Bacchum celebrant *evoe canentes*. Hinc in mentem mihi venit, an Sophocles una addita litera scripserit:

ἀμβρότων εὐαζοντων ἑ π ε τ ῶ ν

i. e. ἀκολούθων, ut significetur sacra Bacchi caterva. Vocabulo usus est Pindarus Pyth. V initio.

Vs. 1177: πατρὶ μηνίσας φ ό ν ο υ.

Antigonae supplicium vix recte dici φόνον concedo Nauckio. Non displiceret: πατρὶ μηνίσας γ ο ν ο ς, *iratus patri filius*. Vide ed. meae Oed. Tyr. adn. ad vs. 1.

Vs. 1214 sqq.: ἀλλά, πρόσπολοι,

ἴτ' ἆσσον ὠκεῖς καὶ παραστάντες τάφῳ
ἀ θ ρ ή σ α θ' ἁρμὸν χ ώ μ α τ ο ς λιθοσπαδῆ
δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον, εἰ τὸν Αἵμονος
φθόγγον συνίημ' ἢ θεοῖσι κ λ έ π τ ο μ α ι.
Τ ά δ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κ ε λ ε ύ σ μ α σ ι ν
ἠ θ ρ ο ῦ μ ε ν· ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κ α τ ε ί δ ο μ ε ν κτέ.

Aliquanto melius scribas:

ἢ θεοῖσι β λ ά π τ ο μ α ι.
Τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κ ε λ ε υ σ μ ά τ ω ν
ἐ δ ρ ῶ μ ε ν· ἐν δὲ λοισθίῳ κτέ.

Ἐ δ ρ ῶ μ ε ν]δηλονοτι ἠ θ ρ ο ῦ μ ε ν olim interpretatus est sedulus lector, quod interpretamentum petitum e vs. 1216, hodie textum occupat. Ad βλάπτομαι cf. Ai. 455 εἰ δέ τις

Digitized by Google

θεῶν βλάπτοι et El. 697 ὅταν τις θεῶν βλάπτῃ. Porsoni pausam ne quis hac emendatione laesam esse arbitretur, videat quae disputavi ad Oed. Reg. p. 220. Pro χώματος vs. 1216 Seyffert ingeniose et vere emendavit χάσματος.

Vs. 1278 sqq.: ὦ δέσποθ᾽ ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος
τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρων, τὰ δ᾽ ἐν δόμοις
ἔοικας ἥκειν καὶ τάχ᾽ ὄψεσθαι κακά.

»Ὡς non cum ἔοικας, ut postulat Dind., sed cum proximis participiis iungendum: *tanquam unus, qui ad ea quae habet, alia acquisivit.*" Sic rectissime, ut videtur, Seyffert; quocirca prorsus non intellego, cur improbet necessariam Brunckii correctionem φέρεις pro φέρων. Insuper procul dubio depravata sunt verba ἔοικας — κακά. Etenim Graecum non est ἥκω — ὄψεσθαι pro ἥκω — ὀψόμενος sive ἰδεῖν, neque offensione carent voculae καὶ τάχα, ubi potius dicendum fuit *nova* mala dominum domi manere. Hinc scribendum esse conieci:

τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρεις, τὰ δ᾽ ἐν δόμοις
ἔοικας ἥκων καίν᾽ ἐπόψεσθαι κακά.

De industria sic scribo non, quae lenior ratio est, καινά γ᾽ ὄψεσθαι tum quia ἐφορᾶν est h. l. significantius verbo simplici, tum quia vereor ne particula γε in hac compositione otiosa foret.

Vs. 1282: γυνὴ τέθνηκε τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ κτέ. Recte mihi Nauck suspectum habere videtur παμμήτωρ, quia hoc adiectivum tantum significet πάντων μήτηρ (cf. Aesch. Prom. 9) non κατὰ πάντα μήτηρ, ut h. l. interpretatur Schol., neque ea ipsa notio satis conveniat, quoniam haud sit utique matris officium propter filii obitum mortem sibi consciscere. Ipse coniecit γεννήτωρ, quod de muliere dici posse dubito, mihi in mentem venit: μήτηρ — δυσμήτωρ (i. e. *misera — mater*). Cf. δυσάδελφος, δύσδαμαρ, similia.

Vs. 1292: ὁρᾶν — ἔτι.

Futuro Antigonae editori diligenter videndum, an tanti ponderis sit Erfurdtii (cuius rationes non vilipendo) sen-

Digitized by Google

tentia, haec verba *choro* tribuentis non *nuntio* (quod faciunt codd.), ut prae illa nihil valeat Creontis quaestio: τί φῄς, ὦ παῖ; κτέ., qua manifesto compellatur nuntius

Vs. 1302: λύει κέλαινα βλέφαρα.

Etiam post acutam Seyfferti disputationem, qua λύει a criticorum suspicionibus defendere conatus est, de sanitate eius scripturae scrupulus mihi restat; non enim exputo cur poeta tam obscure significare maluerit, quae plane et apte poterat scribendo μύει vel κλῄει, ut coniicere occupavit Wieseler.

TRACHIN. vs. 175: ὥσθ' ἡδέως εὕδουσαν ἐκπηδᾶν ἐμὲ φόβῳ, φίλαι ταρβοῦσαν κτέ.

Naturam humanam melius noverat Sophocles quam ut ita de se loquentem inducturus fuisset mulierem ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφουσαν marito προκηραίνουσαν, ut ait vs. 29 sqq. Quocirca conieci: ὥστ' εὐθέως εὕδουσαν, *ut primum somnus me capit*, i. e *vix consopitam*. Cf. Aiac. 762.

Vs. 227: χαίρειν δὲ τὸν κήρυκα προὐννέπω κτέ.

Haec ait Deianira a choro subito conversa ad nuntium; quare malim: χαίρειν σὲ τὸν κήρυκα κτέ.

Vs. 371 sq.: καὶ ταῦτα πολλοὶ πρὸς μέσῃ Τραχινίων ἀγορᾷ συνεξῄκουον ὡσαύτως ἐμοί.

Post ταῦτα — συνεξῄκουον abundare videtur ὡσαύτως, nam sponte apparet qui συνεξακούει τινί eum ὡσαύτως ἐξακούειν. Suspicor ἀρτίως, unde primum αὔτως, deinde labente metro ὡσαύτως factum esse. Adverbium ὡσαύτως non legitur apud tragicos nisi in Iph. T. 833 apud Euripidem, cuius lingua propius accedit ad sermonem popularem quam reliquorum tragicorum dialectus Vocabuli ἀρτίως, quod nusquam habet Aeschylus (qui semel ἄρτι), apud Sophoclem et Euripidem usus est frequentissimus.

Vs. 645. Planissime assentior Blomfieldo in Gloss. ad Aesch. Sept. vs. 31 σοῦται corrigenti pro σεῦται, quod Graecum non est Nam Praesens verbi σεύομαι syncopen admittere haud facile probabitur.

Digitized by Google

Vs. 715: ἐκ δὲ τοῦδ' ὅδε
σφαγῶν διελθὼν ἰὸς αἵματος μέλας
πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε;

Versus corruptos sic tento:

ἐκ δὲ τοῦδε δὴ
σφαγῶν διελθὼν ἰὸς αἵματος μέλας
πῶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε;

Metri angustiae paullo impeditiorem reddiderunt structuram. Jungere tamen satis commode possis: ἰὸς μέλας διελθὼν αἵματος, quo facto interpretandum: *Ex huius vero* (beluae i. e. Nessi) *plagis atrum venenum, quod per eius sanguinem diffusum erat, quomodo non et hunc* (nempe Herculem) *perdet?*

Vs. 767: προσπτύσσεται
πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος,
χιτών.

Necessarium puto: ὡς ἐκ (i. e. ὑπὸ) τέκτονος.

Vs. 934 sq.: ὄψ' ἐκδιδαχθεὶς τῶν κατ' οἶκον οὕνεκα
ἄκουσα πρὸς τοῦ θηρὸς ἔρξειεν τάδε.

Ἄκουσα male correctum glossema (pro ἀκούσασα) esse putarem genuinae lectionis κλύουσα, si κλύειν πρός τινος hoc sensu recte dici constaret. Alio enim dicitur Oed. Reg. 429 et alibi, ubi πρὸς valet ὑπό. Cf. Aiac. 1235. Quare praetulerim: μαθοῦσα πρὸς κτέ (= παρά). Cf. Oed. Col. 12. Scribere Sophocles potuit: ἄνους προφάνσει θηρός. Cf. 662.

Vs. 960 sq.: ἐπεὶ ἐν δυσαπαλλάκτοις ὀδύναις
χωρεῖν πρὸ δομων λέγουσι
ἄσπετον τι θαῦμα.

Aliquanto me iudice praestaret ἄσπετον θέαμα. Cf. Oed. R. 1295. Ai. 992. Aesch. Prom. 69, 304. Eur. Or. 950. Med. 1167. Hipp. 1217. Tro. 1157

Vs. 964: ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις βάσις
πᾷ δ' αὖ (recte Meineke καὶ) φορεῖ νιν; ὡς φίλου
προκηδομένα βαρεῖαν
ἄψοφον φέρει βάσιν.

Digitized by Google

Conieci: *ἄψοφος φέρει φοράν.* Postquam enim *φοράν* exciderat, *βάσιν* e praegresso *βάσις* male suppletum esse suspicor

Vs. 1018: *Ὦ παῖ τοῦδ' ἀνδρὸς, τοὖργον τόδε μεῖζον ἀνήκει ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε. Σοί τε γὰρ ὄμμα ἔμπλεον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.*

Locum conclamatum sic tento:

Σοί τε γὰρ ἴθμα
ἔμπεδον ἠδὲ πλέον σωκεῖς.

i. e. *etenim firmus tibi gressus* (incessus) *plusque vales.* Epica vocabula *ἴθμα* et *ἠδέ* in metro heroico nihil habent miraculi. Cf. *ἀνέρες* vs. 1011. Pronomen autem *ἐμοῦ*, interpretandi causa olim superscriptum comparativo *πλέον*, huius locum occupasse facilis est suspicio.

PHILOCTETAE vs. 451 sq.:

ποῦ χρὴ τίθεσθαι ταῦτα, ποῦ δ' αἰνεῖν, ὅταν
τὰ θεῖ' ἐπαινῶν τοὺς θεοὺς εὕρω κακούς.

»*Quum volo laudare quae dii faciunt*". Wunder. Quae tamen iusto durior est interpretatio. Et ubi in Philocteta illa voluntas apparet? Apprime mihi probaretur haec scribendi ratio:

τὰ θεῖ' ἐρευνῶν κτέ.

Vs. 559: *φράσον δ' ἅπερ ἔλεξας* habet cod. Laur., pro qua scriptura ex apographo receptum est *φράσον δ' ἅπερ γ' ἔλεξας*, in quibus *γε* labentis metri fulcrum esse manifestum est. Mihi *ἔλεξας* interpretamentum videtur genuinae lectionis *λέλακας.* Nuper Tournier infelicissime proposuit:

φράσον δ' ἅπερ λέγεις ὡς ἂν μάθω τί μοι κτέ.

non animadverso pedem quartum ita fieri spondeum

Vs. 654 sq. Quaerenti Neoptolemo:

ἦ ταῦτα γὰρ τὰ κλεινὰ τόξ', ἃ νῦν λέγεις;

Philoctetes respondet:

τοῦτ' οὐ γὰρ ἄλλ' ἔσθ' ἃ βαστάζω χεροῖν.

Ex apographis hoc quoque loco male receptum est *ἄλλα γ' ἔσθ' ἃ κτέ.*

Digitized by Google

Constructione vere Graeca reponendum:

ταῦτ' ἔστιν, οὐ γὰρ ἄλλ', ἃ βαστάζω χερί.

Verbum ἔστιν, quod vs. sq. in eadem sede legitur fraudi fuit librario.

Vs. 795: τὸν ἴσον χρόνον κτέ.

Versus est parum numerosus. Sophocles enim non magis quam Aeschylus usquam anapaestum admisit duobus constantem pedibus. Scripserim:

πῶς ἂν ἀντ' ἐμοῦ
ἴσον χρόνον τρέφοιτε τήνδε τὴν νόσον;

Cf. Trach. 322, El. 1465.

CAPUT III.

AD FRAGMENTA COMICORUM.

Cratini *Πυτίνης* fragm. apud Schol. Arist. Eq. 399:

Ἀλλ' ἐπαναστρέψαι βούλομαι εἰς τὸν λογον κτέ.

Ita legunt ex coniectura Bentlei pro:

ἀλλ' ἐπανάστρέψαι κτέ.

cui lectioni metrum adversatur. At nemo unquam Graecorum verbo *ἐπαναστρέπειν* usus est aut uti potuit *revertendi* sensu, quem manifesto verborum contextus requirit. Ego non dubito, quin verum sit:

ἀλλ' ἐπαναθρέξαι βούλομαι πρὸς τὸν λόγον.

quae fere respondent notissimae oratorum formulae: *ὅθεν δὲ πρὸς ταῦτ' ἐξέβην, ἐπάνειμι.* Formae autem *θρέξομαι* et *θρέξαι* pro *δραμοῦμαι* et *δραμεῖν*, licet rariores sint, optimae tamen notae esse noli dubitare:

Arist. Thesm. 657 *καὶ περιθρέξαι τὴν Πύκνα πᾶσαν κτέ.*

» Ran. 193 *οὔκουν περιθρέξει δῆτα τὴν λίμνην κύκλῳ.*

Cf. Nub. 1005, Pac. 261. Plato Com. ap. Bekk. anecd. p. 427: *ἀποθρέξεις· συναποτροχάσεις.* Corrigatur: *ἀποθρέξει· ἀποτροχάσεις.* Reliquum Cratini locum emendato, qui poterit.

Pherecratis *Δουλοδιδασκάλου* fr. ap. Athen. VI. p. 305 f.

κίθαρος γεγενῆσθαι κἀγοράζειν κίθαρος ὤν.

ὡς ἀγαθόν γε ὁ κίθαρος καὶ πρὸς Ἀπόλλωνος πάνυ

Digitized by Google

ἐκεῖνο θράττει μ' ὅτι λέγουσιν. ὦ' γαθή.
ἔνεστιν ἐν κιθάρῳ τι κακόν.

Vs. 2 numeros restituit Schweighaeuser scribendo:

B. ἀγαθόν γ' ὁ κίθαρος καὶ πρὸς 'Απόλλωνος πάνυ
ἐκεῖνο θράττει μ' κτέ.

qua correctione recepta Meineke adnotat »*per Apollinem iurat.*" Scire autem pervelim primo cuiusnam sit logices per copulam, non per particulam adversativam, iungere laetam exclamationem *ἀγαθόν γ' ὁ κίθαρος* cum tristibus illis *πάνυ ἐκεῖνο θράττει μ'*, secundo cuiusnam sit Graecitatis *πρὸς 'Απόλλωνος*, quod *obsecrantis* est, ponere pro *νὴ τὸν 'Απόλλω*, quod est *asseverantis.* Certo autem certius est nullam prorsus sententiam locum ita constitutum continere. Quare suspicor:

B. ἀγαθόν γ' ὁ κίθαρος καὶ πρὸς 'Απόλλωνος.
A. πάνυ δ'
ἐκεῖνο θράττει μ' ὅτι λέγουσιν, ὦ 'γαθή.
ἔνεστιν ἐν κιθάρῳ τι (καὶ) κακόν.

in quibus *καί* debetur Meinekii. Quod in ultimis memoratur proverbium, nisi fallor, significat *vel optimis rebus aliquid mali admixtum esse. Πρὸς 'Απόλλωνος* h. l. interpretandum quemadmodum Homericum illud *πρὸς Διός* Od. 6. 207; 14. 57.

Hermippi *Στρατιωτῶν* fr. ap. Hesychium i. v. *πάνικτον:*

῞Ωρα τοίνυν μετ' ἐμοῦ χωρεῖν τὸν κωπητῆρα λαβόντα
καὶ προσκεφάλαιον, ἵν' ἐς τὴν ναῦν ἐμπηδήσας ῥοθιάζῃς.
B. ἀλλ' οὐ δέομαι πανικτὸν ἔχων τὸν πρωκτὸν προσκεφαλαίου.

Lepide poeta perstringit abusum vocabuli *προσκεφάλαιον*, quod mature a Graecis usurpari coeptum est pro *ὑπηρέσιον.* Quid autem sibi velit ipsum illud *πανικτόν*, in cuius gratiam locus ab Hesychio affertur, nemo unquam intelleget. Aut fallor, aut, quod sexcenties Grammaticis accidit, etiam h. l. corruptis usi sunt exemplaribus. Duce enim horum versuum sententia et loco quodam Herodoti, cuius commode

Digitized by Google

venit in mentem, videor mihi ipsam Hermippi manum restituere posse.

»Ὀτάνεα δὲ" scribit historicus libro V c. 25. »ἀποδέξας στρατηγὸν εἶναι τῶν παραθαλασσίων ἀνδρῶν, τοῦ τὸν πατέρα Σισάμνην βασιλεὺς Καμβύσης γενόμενον τῶν βασιληίων δικαστέων, ὅτι ἐπὶ χρήμασι δίκην ἄδικον ἐδίκασε. σφάξας ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπέην, σπαδίξας δὲ αὐτοῦ τὸ δέρμα ἱμάντας ἐξ αὐτοῦ ἔταμε καὶ ἐνέτεινε τὸν θρόνον ἐς τὸν ἵζων ἐδίκαζε κτέ."

Ad σπαδίξας legitur hoc Scholium: σπαδίξας· ἐκδείρας·, σπάδιξ γὰρ φλοιὸς ῥίζης πρινίνης· οἱ δὲ φοίνικος ῥάβδον.

Unde facilis coniectura est Hermippum scripsisse:

ἀλλ' οὐ δέομαι σπαδικτὸν ἔχων τὸν πρωκτὸν προσκεφαλαίου.

Quasi hoc dicat: 'Αλλ', ὠνόητε, τί δῆτ' ἂν ἐμοὶ ὄφελος εἴη προσκεφαλαίου δεινῶς τε ἀλγοῦντι καὶ μονονουχὶ δεδαρμένῳ τὸν ὄρρον.

Quae suspicio si vera est, falsa sit necesse est opinio eorum, qui σπάδιξ a verba σπᾶν derivandum esse censeant. Quippe σπαδικτὸν primam syllabam producere metrum evicerit. Cf. Passow lex. ed. V s. voce σπάδιξ.

Eupolis fabulam, quae Νουμηνίαι inscribitur, docuit archonte Euthydemo Lenaeis, ut diserte testatur auctor argumenti Archarnensium sic scribens: ἐδιδάχθη ἐπ'. Εὐθυδήμου ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου καὶ πρῶτος ἦν (Aristophanes), δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις· οὐ σώζεται. τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις. Etsi multae olim Athenis comoediae eodem nomine doctae sunt, nemo unquam praeter unum Eupolidem docuit *Numenias;* neque mirum id cuiquam erit reputanti eam fabulam non nisi tertium praemium tulisse. Ex his igitur Numeniis contra vulgarem opinionem unum fragmentum ab interitu servatum esse suspicor, quod hodie falso tribui mihi videtur Anaxandridae, mediae quae dicitur comoediae poetae. Legitur is locus apud Ioannem Damascenum p. 398.: 'Αναξανδρίδου· ουχὶ παρὰ πολλοῖς η χάρις

τίκτει χάριν. At verior lectio fortasse latet sub alio eiusdem fragmente lemmate in Io. Dam. appendice: *Ἀπολλώνιος Νουμηνίῳ.* Nam neque Apollonius comicus fabulave *Νουμήνιος* s. *Νουμήνιον* unquam exstitit neque Apollonius corruptela oriri ex Anaxandride facile potuit. Aliquanto certe probabilius statuere mihi videor Ioannem scripsisse:

Εὔπολις Νουμηνίαις·

οὐχὶ παρὰ πολλοῖς ἡ χάρις τίκτει χάριν.

Quid si Eupolis eo versu respexerit notissima illa verba Sophoclea ex Aiace:

χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί?

Inde, opinor, appareret *Sophoclem docuisse Aiacem ante annum tertium octogesimae octavae Olympiadis*, quo anno archon fuit Euthydemus ille, quem supra memoravimus. Hoc tamen incertissimum esse facile largior.

Periit pro parte aculeus ioci acerbissimi, quo Plato Comicus ap. Plut. Themist. c. 32 petivit Cinesiam scribens:

μετα ταῦτα δὲ
Εὐαγόρου παῖς ἐκ πλευρίτιδος Κινησίας
σκελετός, ἄπυγος κτέ.

Post ea, quae de loco depravatissimo commentati sunt Meineke p. 679 sq. et Cobet de Plat. Com., p. 196 sufficiat sine ambagibus promere hanc coniecturam:

μετὰ ταῦτα δὲ
ὁ Ποδαγόρου 'κ Πλευρίτιδος Κινησίας
σκελετὸς κτέ.

ut *παῖς* ex glossemate natum expungatur. Satisne salse *podagrae* et *pleuritidis* filius appellari tibi videtur homo morbosus, quem paucis interpositis vocat *φθόης προφήτην?*

Neglecta caesura in vs., qui totus constat nominibus propriis, neminem morabitur.

Euthycles (ap. Athenaeum III p. 124 B.) in *Asotis sive Epistola* de nescio quo nepote loquens dicit:

πρῶτος μὲν εἶδεν εἰ χιὼν ἐστ' ὠνία.

Digitized by Google

Quae verba intellegam rescripto *οἶδεν*, quod est in uno codice. Similiter una litera mutata salutem reddet egregiae particulae *Insularum* ARISTOPHANIS ap. Stob. LX 7., qua celebrantur *pacis* commoda. In eo fragmento ad hunc usque diem editur vs. 5: *ἔπειτ' ἀκούειν προβατίων βληχωμένων*

τρυγός τε φωνὴν εἰς λεκάνην ωθουμένης κτέ.

Immo vero *ἠθουμένης*. Photius in lexico: *ἠθημένος· διυλισμένος· οὕτως Ἐπίλυκος*. Dixisse autem Epilycum *Χῖος καὶ Θάσιος ἠθημένος* auctor est Athenaeus p. 28 E.

Maiore molimine opus est ad emendandum eiusdem fabulae fragm. IX ap. Athen. II p. 656:

Θλαστὰς γὰρ εἶναι κρεῖττόν ἐστιν ἁλμάδος.

Quam lectionem sermonis legi repugnare recte contendens Bergkius ipse sermoni vim intulit corrigens *ἔστ' ἢ γ' ἁλμάδας*, siquidem particula *γε* isto loco posita omni vi carere videtur. Doceri velim, qua alia ratione simul metro et linguae et sententiae queat satisfieri quam scribendo:

θλαστὰς γὰρ εἶναι κρεῖττον ἤπερ ἁλμάδας.

Ars palaeographica opem feret paucis verbis, quae Herodianus servavit ex eiusdem poetae *Tagenistis* (fr 22 p. Mein p. 1155): *γενναῖα βοιώτιος ἐν Ἀγχομενοῦ*. Ex *ΒΟΙΩΤΙΟC* eruo *ΒΟΙΩΤΙΘ͞C* i. e. *Βοιῶτι θεός*, quo facto sponte nascuntur hi anapaesti:

(*ὦ*) *γενναία Βοιῶτι, θεὸς*
τῶν Ἀγχομενοῦ.

i. e. *o nobilis mulier Boeotia, quam pro dea colunt filii Anchomeni*, quibus verbis aliquis anguillam e lacu Copaide allocutus salsissime ridet nescio cuius Anchomeni filios tanquam *ὀψοφάγους* quosdam et *ἰχθυολύμας*. Dignus est qui conferatur locus Arist. Ach. 878 sq.:

Boeot. *καὶ μὰν φέρω — ἐγχέλεις Κωπαΐδας.*

Dic. *ὦ τερπνότατον σὺ τέμαχος ἀνθρώποις φέρων*
δός μοι προσειπεῖν εἰ φέρεις τὰς ἐγχέλεις·
πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπᾳδων κορῶν κτέ.

Digitized by Google

ubi consulas, velim, scholiastam et simul perpendas, an pro εἰ φέρεις, quod post φέρων prorsus ineptum est, recte coniecerim εὐπρεπῶς. Sed vel magis huc faciunt verba Eubuli ex *Ione* ap. Athen. VII. 300 c.:

αἵ τε λιμνοσώματοι
Βοιώτιαι παρῆσαν ἐγχέλεις θεαὶ
τεῦτλ' ἀμπεχόμεναι.

ubi pro λιμνοσώματοι Valckenaer coniecit λειοσώματοι, quod fortasse verum est. Ipse cogitaveram de reponendo λιπαροσώματοι.

Similiter vocula θεοῦ interierat in *Sophistarum* Platonis fragmento, quod sic restituit Cobeti sollertia:

Ξενοκλῆς δὲ δωδεκαμήχανος
ὁ καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου (θεοῦ).

et similem medicinam hucusque frustra expectavit locus ex Eubuli *Campylione* ap. Ath. VII p. 295 c. την τ' εὐπρόσωπον λοπάδα τοῦ θαλαττίου γλαύκου φέρουσαν εὐγενέστερον λάβρακα θ' ἑφθὸν ἅλμη μίαν, quae verba pessime habita a librariis in hunc modum restituenda esse suspicor:

την τ' εὐπρόσωπον λόπαδ' (ἔτ') εὐγενέστερον
γλαῦκον φέρουσαν τοῦ θαλαττίου (θεοῦ)
λάβρακά θ' ἑφθὸν . . . . ἅλμη μίαν.

Docet eadem ars palaeographica nullam praepositionem facilius a scribis negligi quam πρός (Cf. Bast, Comm. Pal. p. 727) Quae observatio usu veniet emendanti Nicostrati *Κλίνης* fragm. ap. Athen. III. p. 111 c., ubi lenius reponetur:

καὶ μέλιτι (προσ)μεμιγμένη | ἀτμίς τις κτέ.

quam aut (συμ)μεμιγμένη, quod Brunck, aut (δια)μεμιγμένη, quod Meineke proposuit.

Eandem artem qui callent non ignorant frequenter a scribis confundi praepositiones μετά et κατά. Cuius confusionis novum exemplum praebebit Amphidis locus ex *Athamante*, ubi exponitur causa, cur benevolentiorem homines esse ducant meretricem quam uxorem:

ἡ μέν, inquit, νόμῳ γὰρ καταφρονοῦσ' ἔνδον μένει.

Digitized by Google

Donec enim certis exemplis mihi aliquis demonstraverit *καταφρονεῖν* ab antiquis dici pro *σεμνύνεσθαι* vel *μεγαλαυχεῖσθαι*, probabilius ducam antiquam scripturam fuisse *μ έ γ α φρονοῦσ'*, unde primum *μ ε τ αφρονοῦσ'* deinde *καταφρονοῦσ'* prognatum esse. Prorsus autem simile est, quod Sophocles dicit Oed. R. 1078: *ἡ δ' οὖν ἴτω, φ ρ ο ν ε ῖ γ ά ρ ὡ ς γ υ ν ὴ μ έ γ α.*

Novimus eadem arte magistra nihil frequentius esse confusione vocalis *ᾱ* cum diphthongo *ευ*. Vide Bast. p. 756. Cuius rei immemores viri docti graviter titubarunt in corrigendo loco Menandri ap. Stob. Flor. XLIII. 30:

εἴπερ τον ἀδικοῦντα μ έ ν ὡ ς ἠμύνετο
ἕκαστος ἡμῖν καὶ συνηγωνίζετο
ἴσως, νομίζων ἴδιον εἶναι τὸ γεγονὸς
ἀδίκημα καὶ συνεπράττομεν ἀλλήλοις π ι κ ρ ῶ ς,
οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ηὔξετο
τὸ τῶν πονηρῶν κτέ.

Neque enim Grotius scribendo *ἀσμένως* linguae Graecae neque Meineke corrigendo *ἐπιμελῶς* menti poetae satisfecit. Utrique vero consultum erit, si scribas:

εἴπερ τὸν ἀδικοῦντ' ε ὐ μ ε ν ῶ ς ἠμύνετο
ἕκαστος ἡ μ ῖ ν.

Deinde haud dubie transponenda sunt vocabula *ἴσως* et *πικρῶς*. Nam optime intellegemus sequentia sic correcta a Franckenio, viro amicissimo:

καὶ συνηγωνίζετο
π ι κ ρ ῶ ς, νομίζων ἴδιον εἶναι τὸ γεγονὸς
ἀδίκημα, καὶ συνεπράττομεν ἀλλήλοις, ἴ σ ω ς
οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ηὔξετο
τὸ τῶν πονηρῶν.

Iuvat nunc novo exemplo ostendere, quam utilis sit critico variarum lectiorum quae dicuntur diligens observatio. Meditanti mihi nuper de Diphili loco apud Stobaeum XCI 17:

ἰσχυρότερον κρίνω τὸ χρυσίον πολύ·
τὰ πάντα τούτῳ τ έ μ ν ε τ α ι καὶ πράττεται

Digitized by Google

in quo nemo non videt verbum τέμνεται nullam sanam admittere interpretationem, in mentem venit loci Aristophanei in Pluto v. 1110:

ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται

ubi optimus codex Ravennas pro τέμνεται perperam exhibet γίγνεται. Quae autem lectio illic falsa est hic unice vera esse videtur:

τὰ πάντα τούτῳ γίγνεται καὶ πράττεται.

Similiter Demosthenes pro Phormione p. 949 extr : τὰ μὲν οὖν πεπραγμένα καὶ γεγενημένα Φορμίωνι πρὸς Ἀπολλόδωρον ἐξ ἀρχῆς ἅπαντ' ἀκηκόατε. Idem III Philipp. p. 111 med.: ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς γιγνομένοις περὶ τῶν ἐσχάτων ἤδη κινδυνεύειν κτέ.

Quemadmodum γίγνεται et τέμνεται facile confunduntur, ita nemo mirabitur scribas aliquando non distinxisse ΠΟΕ̄ΙΝ (πονεῖν) a ΝΟΕΙΝ. Id factum esse suspicor in Damoxeni fragmento e Συντρόφοις ap. Athen. III. p. 101 F, ubi inducitur coquus iactator et garrulus haec dicens:

Ἐπίκουρος δέ με
ὁρᾷς μαθητὴν ὄντα τοῦ σοφοῦ, παρ' ᾧ
ἐν δύ' ἔτεσιν καὶ μησὶν οὐχ ὅλοις δέκα
τάλαντ' ἐγώ σοι κατεπύκνωσα τέτταρα.
Β. τοῦτο δὲ τί ἐστιν; εἰπέ μοι. Α. καθήγισα·
μάγειρος ἦν κἀκεῖνος, ὦ γῆ καὶ θεοί.
Β. ποῖος μάγειρος; Α. ἡ φύσις πάσης τέχνης
ἀρχέγονόν ἐστ' " ἀρχέγονον, ὠλιτήριε.

Hucusque dialogus, quemadmodum eum constituit Cobet, apte decurrit nec difficilis est ad intellegendum. Verba autem ἡ φύσις — ἐστ' desumpta sunt a poeta, nisi fallor, ex ipso initio praeclarissimi operis Epicuri, quod Κύριαι δόξαι inscribebatur. Sed quid faciamus versu sequenti: ουκ ἔστιν ουδὲν τοῦ πονεῖν σοφώτερον, qui quomodo cohaereat cum praecedentibus nemo facile dixerit? Procul dubio verum est:

ουκ ἔστιν οὐδὲ ἓν νοεῖν σοφώτερον κτέ.

i. e. *nihil sapientius cogitari potest.*

Digitized by Google

Deinde scribam cum Reisigio:

πᾶν (pro ἦν) τ' εὐχερὲς τὸ πρᾶγμα τοῦ λόγου τριβὴν
ἔχοντι τούτου· πολλὰ γὰρ συμβάλλεται·
διόπερ μάγειρον ὅταν ἴδῃς ἀγράμματον
μὴ Δημόκριτόν τε πάντα διανεγνωκότα
καὶ τὸν Ἐπικούρου κανόνα, μινθώσας ἀφές.

nec quicquam amplius lectorem morabitur.

Ibidem vs. 55 sq.:

ἔστιν αὐτοῖς ἃ διὰ τεττάρων ἔχει
κοινωνίαν, διὰ πέντε, διὰ πασῶν πάλιν.

Aptius, opinor, et μουσικώτερον scribetur συμφωνίαν.

Miris modis depravatus est Nicomachi locus e *Symmachia* ap. Stobaeum XXXVIII 10:

Ἐργῶδές ἐστιν ἐν βίῳ βεβιωκότα
τοὺς τῶν φθονούντων πάντας ὀφθαλμοὺς λαθεῖν.

Suspicor:

ἐργῶδές ἐστ' ἐν ὀλβίοις βεβηκότα κτέ.

Vel leniore medicina sanabuntur Poliochi reliquiae e *Corinthiasta* ap. Athen. p. 313 c.:

ὅπως σε πείσει μηδὲ εἷς πρὸς τῶν θεῶν
τοὺς βόακας, ἄν ποτ' ἔλθῃ, λευκομαινίδας καλεῖν.

Immo: ἄν ποτ' ἔσθῃς. De ἔσθειν apud Comicos vide quae disputavit Cobet Mnem. V. p. 185 sqq., locisque ab illo citatis addatur Alexidis fragm. ex *Λάμπαδι* ap. Athen. p. 654 F.:

οὐδ' εἰ γάλα λάγω
εἶχον μὰ τὴν γῆν καὶ ταῶς, κατήσθιον

ubi emendanda syntaxis, rescripto κατῆσθον ἄν.

Ὁδοῦ πάρεργον notabo formas quasdam vitiosas, quae sive grammaticorum sive librariorum culpa hucusque Comicorum fragmenta deturpant. Plerasque iam correxit criticorum diligentia, paucae quaedam supersunt. In eo numero est, quod legitur apud Athen. p. 342 E in fragmento *Divitum* Antiphanis vs. 14: τί οὖν ὄφελος τῶν νησιαρχῶν ἐστι;

Nam νησιαρχῶν pro νησιωτῶν pessimae Graecitatis esse neque Antiphanis aevo tribui posse quivis mihi assen-

tietur. Athenaei hunc errorem esse incuriosius verba poetae citantis habeo persuasum. Fortasse idem grammaticus in culpa est, quod hodie IV p. 161 D. *ταχύτατα* legimus pro *τάχιστα* in *Δραπεταγωγοῦ* fragmento hocce:

κοσμίως ποιῶν τὴν ἔνθεσιν
μικρὰν μὲν ἐκ τοῦ πρόσθε, μέστην δ' ἔνδοθεν
τὴν χεῖρα, καθάπερ αἱ γυναῖκες, κατέφαγεν
πάμπολλα καὶ ταχύτατα.

Non difficilius est EPHIPPI *Geryonem* ap. Ath. IX p. 370 C. liberare prava forma *ἐπιστροφως*, quia vera lectio *ἐπιστρεφῶς* servata est I p. 65 c., ubi idem fragmentum perperam tribuitur EUBULO, ut recte iudicavit Casaubonus. Non magis potuit MENANDER scribere, quae ei tribuuntur a Stobaeo Flor. XCIII 14:

τῷ μὲν τὸ σῶμα διατεθειμένῳ κακῶς
χρεία'στ' ἰατροῦ κτέ.

sed scripsit *γὰρ διακειμένῳ*, quemadmodum recte legitur apud PHILIPPIDEM in *Olynthia* apud eundem CXIII 17:

οὐ χαλεπόν ἐστι τῷ κακῶς διακειμένῳ
εἰπεῖν τιν' εὐθενοῦντα »μὴ κακῶς ἔχε«,
πύκτῃ τ' ἐπιτιμᾶν οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ
αὐτὸν μάχεσθαι δ' οὐκέτ' ἐστὶ ῥάδιον.
[ἕτερόν τι τοῦ λέγειν ἐστὶ τὸ πεπονθέναι].

In ultimo versu emendando, si dicere fas est, operam perdidit magnus Porsonus, qui rescribi iussit:

ἕτερόν τι τὸ λέγειν ἐστὶ τοῦ πεπονθέναι.

Nam vel ita correcta haec verba male cohaerent cum superioribus, quae requirerent aliquid in hunc sensum: *ἕτερόν τι τὸ παραινεῖν ἐστι τοῦ ποιεῖν τὸ παραινούμενον.* Nullus igitur dubito quin una litura delenda sint.

Non magis probari potest forma Perfecti *ὁδοιπεπορήκαμεν*, quae ex virorum doctorum coniectura hodie recepta est in brevi fragmento, quod ex PHILIPPIDI *Laciadis* servavit Pollux in Onomastico IX 38:

ὀρθῶς γε τὴν ῥύμην ὁδοιπεπορήκαμεν.

Digitized by Google

Non sic erat corrigenda librorum scriptura *ὡ δ ο ι π ο ϱ ή κ α μ ε ν* neque, quod Dobree voluit, mutanda in *ὁδωποϱήκαμεν* vel *ὁδωποϱήσαμεν*, quae sunt extremae barbariei, sed restituendum est, quod solum metro admittitur, tempus Futurum:

ὀϱθῶς γε τὴν ῥύμην ὁ δ ο ι π ο ϱ ή σ ο μ ε ν.

Nusquam apud antiquiores me legere memini formam mediam *εὐδοκιμεῖσθαι*, quo sensu constanti usu dicunt *εὐδοκιμεῖν*. Contra apud sequiores, quales sunt PLUTARCHUS et DIODORUS, illa forma nihil est usitatius. Unde prona suspicio est ab ipso Diodoro vitio inquinatos esse vss. anonymi poetae, cuius verba ab eo afferuntur XII 15:

ὁ παισὶν αὐτοῦ μητϱυιὰν ἐπεισάγων
μήτ' ε ὐ δ ο κ ι μ ε ί σ θ ω μήτε μετεχέτω λόγου
παϱὰ τοῖς πολίταις κτέ.

et corrigendum esse *ε ὐ δ ο κ ι μ ε ί τ ω.*

Κόϱον δ' ἔχει, ait Pindarus, *καὶ μέλι καὶ τὰ τέϱπν' ἄνθε' ἀφϱοδίσια.* Quanto vero magis id emendationum genus, cuius ope non nova aliqua lux affulgeat obscuris veterum locis! Quare redeo ad illos et experiar, an hic illic felici manu possim *πῆμα νόσου ἀποστϱέψαι.*

Φαϱμάκων igitur *παιωνίων δεῖ* SOPATRI loco ex *Καταψευδομένου*, quem servavit Athen. IX 377 F. Quis enim ex tradita scriptura intellegat, quid coquus ibi dicat vs. 21 sqq.:

ἐν ὅσῳ πϱοσέϱχετ' ἐξ ἀγοϱᾶς ὁ παῖς
μικϱὰ δ ι α κ ι ν ή σ ω (l. *δ ι α μ ν ή σ ω* cum Jacobsio) *σε πεϱὶ*
τοῦ πϱάγματος,
ἵνα τῷ λαλεῖν λάβωμεν εὔκαιϱον χϱόνον?

Ait enim *se dicturum, ut dicendi nanciscatur opportunitatem*, quod quo sensu accipiendum sit, me quidem latet. Apertum est aut vs. intercidisse, unde olim suspensa fuerint illa *ἵνα — χϱόνον*, aut ea ipsa verba corrupta esse. Cui hoc placet is fortasse probabit:

τ ί ν α γ ὰ ϱ λ ά β ο ι μ' ἂ ν μ ᾶ λ λ ο ν εὔκαιϱον χϱόνον;

sive: *τ ί ν α μ ᾶ λ λ ο ν ἂ ν λ ά β ο ι μ ε ν εὔκαιϱον χϱόνον;*

Digitized by Google

Sed, quoniam iusto violentius huiusmodi remedium esse videtur, nec facile lenius aliud reperies, probabilius me iudice statuemus quaedam ante hunc versum periisse.

Una tantum litera resarciri potest damnum, quod scribae intulerunt verbis incerti poetae comici servatis a grammatico in Crameri Anecd. p. 176. 16, ubi sic scribit: — *ἢ παρὰ τὸ πετῶ. ἔνθεν τὸ πέσημα καὶ πεσεῖν. τί βούλομαι τραγικὸν καταπέσημα.* Quae verba quantilli negotii erat emendare hoc exemplo: — *ἔνθεν τὸ πέσημα·*

καὶ πεσεῖν τι βούλομαι
τραγικὸν κάτω πέσημα!

Non aeque facile aut certum remedium paratum est incerti poetae verbis apud Plutarchum *de virtute* p. 100 F. *Καὶ γάρ*, ait philosophus, *ὁ καθεύδουσι τοῦ σώματος ὕπνος ἐστὶ καὶ ἀνάπαυσις, τῆς δὲ ψυχῆς πτοῖαι καὶ ὄνειροι καὶ ταραχαὶ διὰ δεισιδαιμονίαν.*

Ὅταν δὲ νυστάζοντά μ' ἡ λύπη λάβῃ
ἀπόλλυμ' ὑπὸ τῶν ἐνυπνίων

φησί τις. Moestitia somnolentum *tenere* fortasse sed *occupare* nullo modo potest. Intellegam:

ὅταν δὲ νυστάζοντά μ' ἡ κλίνη λάβῃ κτέ.

Sed maioris momenti erit emendatio loci lepidissimi, quem ex *Nauago* Ephippi comoedia affert Athenaeus IX 509 C. ita scribens: *Ἕρμιππος ἐν Ναυάγῳ Πλάτωνά τε αὐτὸν καὶ τῶν γνωρίμων τινὰς κεκωμῴδηκεν ὡς καὶ ἐπ' ἀργυρίῳ συκοφαντοῦντας — λέγει δ' οὕτως·*

Ἔπειτ' ἀναστὰς εὔστοχος νεανίας
τῶν ἐξ Ἀκαδημείας τις ὑπὸ Πλάτωνα καὶ
Βρυσωνοθρασυμαχειοληψικερμάτων
πληγεὶς ἀνάγκῃ ληψιλογομίσθῳ τέχνῃ
συνών τις οὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν κτέ.

Quae verba corruptissima certa emendatione sic restitui possunt in integrum:

Ἔπειτ' ἀναστὰς εὔστοχος νεανίας
τῶν ἐξ Ἀκαδημείας τις ὑπὸ Πλατωνικο-

βρυσωνοθρασυμαχειοληψικερμάτου
πληγεὶς ἀνάγκης, λεπτολογομίσθῳ τέχνῃ
συνών τε κοὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν κτέ.

Manifestum est, ut de ceteris taceam, quod hodie absque sensu vulgatur ληψιλογομίσθῳ (λειψιγομίσθῳ est in codd.) pro λεπτολογομίσθῳ inde depravatum esse, quod scribae oculi aberrarunt ad superscriptum illud ληψικερμάτου [1]). Frequens fuit is mendorum origo, potestque huius rei observatio tum aliis locis quam plurimis prodesse tum praeclaro cuidam fragmento PHILEMONIS *Thebanorum* ap. Stob. Floril. LXII 8, quod sic scribitur:

Ἐμοὶ γάρ ἐστι κύριος μὲν εἷς ἀνήρ,
τούτου δὲ καὶ σοὶ μυρίων τ' ἄλλων νόμος,
ἑτέρων τύραννος, τῶν τυραννούντων φόβος,
δοῦλοι βασιλέων εἰσίν, ὁ βασιλεὺς θεῶν,
ὁ θεὸς ἀνάγκης. πάντα δ' ἂν σκοπῇς, ὅλως
ἑτέρων πέφυκεν ἥττον', ὧν δὲ μείζονα.
τούτοις ἀνάγκη ταῦτα δουλεύειν ἀεί.

Permirum est neminem dum, quod certe sciam, haesisse in primo vocabulo versus 3tii, quo repente solvitur nexus argumentationis. Haec tamen est adeo pellucida, ut sit uniuscuiusque, qui hoc agat, perspicere, non aliter olim scriptum esse potuisse quam hocce modo:

νόμου τύραννος, τῶν τυραννούντων φόβος κτέ.

Apparet autem librario fraudi fuisse initium vs. 6ti:

ἑτέρων πέφυκεν ἥττονα κτέ.

Aeque manifestum est inter vs 3tium et 4tum quaedam intercidisse, siquidem non exponitur, quod exponendum fuerat, quinam sint *regum servi*, quemadmodum *rex* est *servus deorum*, *deus necessitatis*.

Denique cum Dobreo ultimum vs. sic corrigo:

οὕτως ἀνάγκη πάντα δουλεύειν ἀεί.

1) Fortasse, quia vs. superiore iam mentio facta est de mercede, eo progredi licet ut suspicemur λεπτολογομύθῳ. quo simul respiciatur Platonis et Platonicorum mythos dialogis suis inserendi consuetudo.

Digitized by Google

Una litera mutata sana erunt MENANDRI verba ex *Androgyno* servata a Photio s. v. *Λαμία· ἔστι δέ*, ait, *καὶ πόλις Θεσσαλίας ὅθεν ὁρμηθέντες οἱ Ἕλληνες μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον, Ἀθηναίων ἡγουμένων, τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιησάμενοι τὸν Ἀντίπατρον ἐνίκησαν Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ·*

πλησας γάρ ἔφερεν ἐκ παρατάξεώς ποθεν
τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

Nisi enim me omnia fallunt, sermo est ibi de homine, qui ex pugna quadam dicitur rediisse tot acceptis vulneribus, quot in celeberrimo illo proelio Lamiaco utrimque illata sint. Qualem hyperbolen a comoedia non alienam esse vix est quod moneam. Itaque scribam:

πληγὰς γάρ ἔφερεν ἐκ παρατάξεώς ποθεν
τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

Menandrea emendans non possum non facere mentionem egregii fragmenti, servati a Stobaeo Flor. XCVIII 8, quod infra adscribam auctum quatuor versibus, quos aliunde assumere mihi contigit:

Ἅπαντα τὰ ζῷ᾽ ἔστι μακαριώτερα
καὶ νοῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου πολύ.
τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεστι πρῶτα τουτονί·
οὗτος κακοδαίμων ἐστὶν ὁμολογουμένως·
τούτῳ κακὸν δι᾽ αὐτὸν οὐδὲν γίγνεται,
ἃ δ᾽ ἡ φύσις δέδωκεν αὐτὰ ταῦτ᾽ ἔχει.
ημεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
αὐτοὶ παρ᾽ αὑτῶν ἕτερα προσπορίζομεν.
λυπούμεθ᾽ ἂν πτάρῃ τις· ἂν εἴπῃ κακῶς,
ὀργιζόμεθ᾽· ἂν ἴδῃ τις ἐνύπνιον, σφόδρα
φοβούμεθ᾽· ἂν γλαὺξ ανακράγῃ, δεδοίκαμεν·
(ἂν μῦς διορύξῃ βωμὸν ὄντα πήλινον,
κἂν μηδὲν ἄλλ᾽ ἔχων διατράγῃ θύλακον·
ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος ἂν ἔφ᾽ ἑσπέρας
ᾄσῃ, τιθέμεθα τοῦτο σημεῖόν τινος).
ἀγωνίαι, δόξαι, φιλοτιμίαι, νόμοι,
ἅπαντα ταῦτ᾽ ἐπίθετα τῇ φύσει κακά.

Digitized by Google

Quatuor hi, quos inserui, versus sine nomine auctoris leguntur apud Clementem Alexandrinum Stromat. p. 302 ed. Sylb., sed et Menandri esse et ex hoc ipso loco desumptos, pauci, opinor, negabunt. Vel hoc probabiliter statuere mihi videor, integrum locum olim lectum fuisse in notissima illa fabula, quae inscribebatur *Δεισιδαίμων*. Vs. 15 Cobeto obsecutus reposui *τιθέμεθα — τινος* pro codicum lectione *τιθέμενοι — τινές*.

Quo pauciora ex elegantissimi poetae fabulis supersunt, eo maiore cura digna sunt, quae casus nobis servavit. Multa iam feliciter emendarunt Bentleius, Meineke, Cobet, alii; sed etiamnunc quaedam in hoc genere agenda supersunt. In eo numero est *Adulatoris* fragmentum ap. Ath. IV p. 659 D., quod sic corrigendum:

θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα
Ὀλυμπίῃσι πᾶσι πάσῃσιν· λάβε κτέ.

pro *Ὀλυμπίαισι — πάσαις· λάμβανε*. Moris enim fuit apud Athenienses in his precium formulis *ἰάζειν*, ut apparet ex *Avium* Aristophanis vs. 866 sqq.:

καὶ ὄρνισιν Ὀλυμπίοις [καὶ] Ὀλυμπίῃσι πᾶσι [καὶ] πάσῃσιν κτέ., ubi bis delenda est copula. Quem Atticorum usum ignorantes librarii ultro corruperunt locum *Thesmophor.* vs. 331 sqq., ubi legendum:

Εὔχεσθε τοῖς θεοῖσι τοῖς Ὀλυμπίοις
καὶ τῇσιν Ὀλυμπίῃσι καὶ τοῖς Πυθίοις
καὶ τῇσι Πυθίῃσι καὶ τοῖς Δηλίοις
καὶ τῇσι Δηλίῃσι τοῖς τ' ἄλλοις θεοῖς.

Lacunam probabili coniectura explebo in eiusdem fragmento, quod ex *Ira* servatum ab Athenaeo VI p. 247 E sic scribendum propono:

τοῦθ' ἑταῖρός ἐστιν ὄντως· οὐκ ἐρωτᾷ, πηνίκα
δεῖπνόν ἐστιν; ὥσπερ ἕτεροι, καὶ τί δειπνεῖν κωλύει
τοὺς παρόντας; εἶτα δεῖπνον ἕτερον εἰς τρίτην βλέπει,
(εἶτα πάλιν ἀριστόδειπνον,) εἶτα περίδειπνον πάλιν.

Etenim tum facillime haec excidere potuerunt propter

Digitized by Google

sequentium vocabulorum similitudinem, tum vocabulo *ἀριστοδείπνον* Menandrum in hac ipsa fabula usum fuisse novimus ex Pollucis Onomastico, ubi sect. 102 lib. VI haec leguntur: *Ἀριστόδειπνον δὲ Μένανδρος εἴρηκε καὶ ἄδειπνον ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Ὀργῇ*, quae verba ad hunc ipsum locum referri poterunt, si mecum reposueris: *καὶ περίδειπνον ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Ὀργῇ*. Nam et *ἄδειπνος* est usus valde frequentis et mirum est Pollucem maluisse quarto quam primo casu illud vocabulum afferre.

Quam sit periculosae plenum opus aleae supplere quae scribarum incuria exciderint, licet non sim ignarus, est tamen ubi duce sententia et scribendi consuetudine quasi sponte renascantur, quae olim interierint. Quod valet de fragmento quodam Sannyrionis e *Danae* ap. Schol. ad Eur. Or. 269, hoc exemplo, nisi fallor, explendo:

τί οὖν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι;
φέρ' εἰ γενοίμην (,ἄνδρες, ἐξαίφνης) γαλῆ;
ἀλλ' Ἡγέλοχος οὗτός με μηνύσειεν ἂν
ὁ τραγικὸς ἀνακράγοι τ' ἂν εἰς ἐχθροὺς μέγα·
„ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ."

Sic v. c. Aristophanes in Vespis 49:

ἄνθρωπος ὢν ἐγίγνετ' ἐξαίφνης κόραξ·

Idem in Nubibus vs. 352:

ἀποφαίνουσαι τὴν φύσιν αὐτοῦ λύκοι ἐξαίφνης ἐγένοντο.

et in Vespis vs. 948:

ἀπόπληκτος ἐξαίφνης ἐγένετο τὰς γνάθους.

Cf. ib. v. 324.

Ἄνδρες interpositum, quemadmodum v. c. Pac. 214, ubi Trygaeus chorum his verbis alloquitur:

Τουτὶ μέν, ἄνδρες, οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμά πω.

Vs. 4to negotium mihi facessunt verba *εἰς ἐχθροὺς* propter articulum male omissum. Fortasse opem fert Schol. ad Ar. Ran. 305, qui pro iis habet *εἰσιδών*, quod glossema esse potest genuinae lectionis, quae fuerit *εἰσαθρῶν*, unde *εἰς ἐχθροὺς* nasci potuerit.

Digitized by Google

Articulus facile reddetur ARISTOPHANI in *Anaguro* ap. Etymologum p. 207, 53 scribendo:

ψῆχ' ἠρέμα τὸν
βουκέφαλον καὶ (τὸν) κοππατίαν

quae metro anapaestico conscripta fuisse apparet. Non minus necessarius est in nota locutione ὁ κύβος ἀνερρίφθω, quare in MENANDRI loco ex *Arrephoro* ap. Athen. p. 559 C. crasin, quam quomodo scriptura significem dubito (ἀνερρίφθώ?), crasin tamen obtinere arbitror in verbis ἀνερρίφθω κύβος; neque ALEXIS ap. Athen. p. 60 A fragm. inc. vs. 11 scripsit, opinor:

ἠσχολεῖτο, πᾶς δ' ἀγὼν
ἐπ' ἐμὲ κατήντα

sed: ἠσχολεῖθ', ὁ πᾶς δ' ἀγὼν κτέ.

Male contra abundat articulus in DIPHILI *Centauro* ap. Ath. IV p. 131 F. vs. 1:

Μάγειρ', ὁ θύων ἐστιν ὁ δειπνίζων τ' ἐμὲ
'Ρόδιος κτέ.

Quia enim ὁ δειπνίζων idem est qui ὁ θύων, ex certa lege sermonis rescribendum:

Μάγειρ', ὁ θύων ἐστὶ δειπνίζων τ' ἐμὲ
'Ρόδιος κτέ.

non, quod fecit Meineke, ἐσθ' ὁ κτέ.

Levidensis error paullo graviores turbas dedit ap. Plut. *de audiendis poetis* p. 21 D. in hisce ALEXIDIS versibus, quos correctos apponam:

τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα·
τρεῖς δ' εἰσὶν αἵδε τὴν δύναμιν κεκτημέναι
τὴν ὡς ἀληθῶς συντελοῦσαν τῷ βίῳ·
τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς 'Αφροδίτης τυγχάνειν.

Male vulgo scribitur αἵγε, sed qua vi gaudeat vocula γε nemo facile dixerit. Contra eadem particula male neglecta est in hisce BATONIS versibus ex *Συνεξαπατῶντι* ap. Ath. p. 279 A:

A. ζῆν δ' ἐστὶ τὸ τοιοῦθ'; *B.* ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί.

Digitized by Google

Etenim in responso prorsus necessarium est *ὡς λέγουσί γ' οἱ σοφοί*. Vide quae monui in edit. mea Oedipi Regis p. 129.

Mancus et corruptus est locus, quem Athenaeus VIII p. 340 D. attulit ex *Iatro* THEOPHILI. Eum sic lubet tentare:

πᾶς δὲ φιλοτίμως πρὸς αὐτὸν τῶν νεανίσκων (ἔχων)
(τεμάχιόν τι) ἐγχέλειον παρατέθεικε τῷ πατρί·
»τευθὶς ἦν χρηστή, πατρίδιον, πῶς ἔχεις πρὸς κάραβον;
»ψυχρός ἐστιν, ἄπαγε," φησι »ῥητόρων οὐ γεύομαι."

Primo vs. ex *ΝΕΑΝΙΣΚΩΝ* elicui *ΝΕΑΝΙΣΚΩΝΕΧΩΝ*, ut verborum ordo fiat: *πᾶς δὲ τῶν νεανίσκων φιλοτίμως ἔχων πρὸς αὐτόν*. Deinde inserui *τεμάχιόν τι* ad exemplum loci PHERECRATIS ex *Dulodidascalo* huiusce:

καὶ δῆθ' ὑπάρχει τέμαχος ἐγ-
χέλειον ὑμῖν, τευθὶς ἀρ-
νειον κρέας, φύσκης τόμος,
ποὺς ἑφθός, ἧπαρ κτέ.

Tandem vs 3[tio] pro *ἦν* scripsi *ἤν* i. e. *en*.

Paucae literae e fuga revocandae sunt in particula *Τίτθης* ALEXIDIS apud Athen. X 426 C:

Ἰδοὺ πάρεστιν οἶνος, ουκοῦν ἐγχέω,
Κρίτων, πολύν; B. βέλτιον ἕνα καὶ τέτταρας.
A. ὑδαρῆ λέγεις· ὅμως δὲ ταύτην ἐκπιὼν
λέγε τι καὶ ... διατριβήν γε τῷ ποτῷ
ποιῶμεν.

Manifestum est in ultimis mentionem fieri *περὶ λόγων ἐπικυλικείων*. Quare suspicor:

λέγε τι καλὸν σὺ διατριβήν τε τῷ ποτῷ
ποιῶμεν.

Cf. Plat. Symp. p. 214 B. C.

Verbum simplex *πιμπλάναι* alienum esse a lingua comicorum satis constat, neque id absolute poni potest pro *ἐγχεῖν*. Hinc liquido apparet mendosa esse XENARCHI verba in *Didymis*, quae laudantur ab Athenaeo X p. 426 B. sic scripta:

Πίμπλα σὺ μὲν ἐμοί, σοὶ δ' ἐγὼ δώσω πιεῖν.

Digitized by Google

ut taceam πίμπλα barbarum esse pro πίμπλη. Iam vero, quia omisso illo vocabulo ceteris sententia optime constat, suspicor delitescere nomen aliquod proprium et poetae reddendum esse:

Πάμφιλε, σὺ μὲν ἐμοί, σοὶ δ' ἐγὼ δώσω πιεῖν.

quibus nihil est ad intellegendum facilius.

Etiam lenius ad pristinam sanitatem revocari potest pars fragmenti Phoenicidis in Stobaei Florilegio VI 30, ubi meretrix vitae suae pertaesa enarrat miserias et aerumnas, quibuscum conflictata sit:

τρίτῳ (inquit vs. 16) συνέζευξ' ἡ τύχη με φιλοσόφῳ
πώγων' ἔχοντι καὶ τρίβωνα καὶ λόγον·
εἰς προὖπτον ἦλθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν.

Ab Attica non modo elegantia sed ab universa Graecae linguae indole abhorrere mihi videtur illud ἦλθον ἐμπεσοῦσα pro ἐνέπεσον. Aliquanto certe melius dictum erit:

εἰς προὖπτον ἔλαθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν

i. e. *in manifestum malum imprudens incidi*, et prono sane errore pro ΕΛΑΘΟΝ a scriba ΕΛΘΟΝ (i. e. ἦλθον) exarari potuit. Ne autem forte aliquis putet προὖπτον et ἔλαθον inter sese pugnare, moneo illud adiectivum non significare προορώμενον, sed potius ἀναμφίλεκτον, ἀναμφισβήτητον, ὁμολογούμενον.

Nomen proprium meretricis Ἰσχὰς delitescere in lectione manifesto depravata ἀποτυμπανισχας apud Athén. IV p. 166 e., ubi citat Axionici fragmentum e *Tyrrheno*, pulchre intellexit Coraës. Comici verba haec sunt:

ὁ Πυθόδηλος οὑτοσὶ
ὁ Βαλλίων προσέρχετ' ἐπικαλούμενος·
μεθύουσά τ' ἐξόπισθεν ἡ σοφωτάτη
ἀποτυμπανισχας κατὰ πόδας πορεύεται.

Coraësii vestigiis insistens suspicor poetam scripsisse:

ἡ σοφωτάτη
περὶ τύμπαν' Ἰσχὰς κατὰ πόδας πορεύεται.

Ischas tympanistria eodem iure, opinor, σοφωτάτη περὶ τύμ-

πανα dici potuit, quo Euripides Iph. T. 1237 *Φοῖβον χρυσοκόμαν ἐν κιθάρα σοφὸν* appellavit.

Duae aliae praepositiones confusae sunt in PHILIPPIDAE loco ex *'Αργυρίου ἀφανισμοῦ* ap. Athen. p. 230 A.

Vs. 3. — *μαστιγίας δ' ἐπ' ἀργυροῦ*
πίνακος — ἔσθοντας.

Haud secus enim quam *ἐκ ποτηρίου* non *ἐν ποτηρίῳ πίνειν* Graecum est, *ἐσθίειν ἀπὸ πίνακος* dicendum est non *ἐπὶ πίνακος*. Est hic quidem puerilis est error, qui tamen loci sententiae parum officit, sed gravius peccatum est in DIONYSII *Thesmophoro* ap. Athen. p. 404 E. Prodit in scenam coquus aliquis inepte iactator, qui postquam arroganter reprehendit librorum de re culinaria scriptorum exilitatem et inutilitatem, tali modo argumentum sum persequitur:

οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν περὶ μαγειρικῆς· ἐπεὶ
εἶπ' ἀρτίως — — — —
ὅρον γὰρ οὐκ ἔσχηκεν οὗ ὁ καιρὸς **
αὐτὴ δ' ἑαυτῆς ἐστι δεσπότης κτέ

Poetae mentem me assecutum esse non dubito coniiciendo:

ὅρον γὰρ οὐκ ἔσχηκεν, ἧς ὁ καιρός, οὐκ
αὐτὴ δ' ἑαυτῆς, ἐστι δεσπότης κτέ.

Quomodo enim, ait, definiat aliquis artem qualis culinaria est, quae semper parens opportunitati nunquam ipsa sibi imperat? Quasi Graece dicas: *πῶς γὰρ ἂν ὁρίσαιτό τις τέχνην, οἷα μαγειρική ἐστιν, ἥτις ἀεὶ τῷ καιρῷ ὑπηρετοῦσα οὐδέποτε αὐτὴ ἑαυτῆς ἐστι κυρία.*

Fortasse aliquid veri reperiri mihi contigit meditanti de corrigendis verbis depravatissimis DIONYSII in *Homonymis* ap. Athen. p. 381 c. Nempe vs. 15 sq. ita restitui posse suspicor, ut scribatur:

εἰς αὔριον σε κἀμὲ ταῦτ' εὐφρανάτω
λάφυρα· τῷ δὲ παιδὶ πάντως μεταδίδου,
τὴν πάροδον ἵν' ἔχῃς τῶν θυρῶν εὐνουστέραν.

De industria non scripsi (*τὰ*) *λάφυρα*, quia *ταῦτα* referendum est ad superiora: *ἐξαιρέσεις καὶ τἄλλα τἀκόλουθα*

Digitized by Google

κτέ., et *λάφυρα* est appositio. *Ὁ παῖς*, cui pars praedae *utique* cedenda est, est *ianitor*, *ὁ θυρωρός*, ut satis liquido apparet e vs. sequenti. In codd. legitur *λαφυροπώλῃ παντάπασι μεταδίδου*, quae conclamata scriptura est. Quid sensus requireret iam intellexit Emperius coniiciens:

τὰ λάφυρα· πυλωρῷ παντάπασι μεταδίδου.

oratione minime Graeca pro:

τῷ δὲ θυρωρῷ παντάπασι μεταδίδου.

Sed propero rursus ad certiora, quale hoc est: Theophilum ap. Athen. p. 560 A in *Neoptolemo* non scripsisse, quod traditur:

οὐ συμφέρον νέα 'στι πρεσβύτῃ γυνή.

sed *σύμφορον*, ut recte legitur apud Theognidem vs. 457 *οὔτοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι*, quem locum Theophilus imitatur.

Apud Antiphanem in *Leptinisco* duo homines sic colloquuntur:

οἶνον Θάσιον πίνοις ἄν; B. εἴ τις ἐγχέαι.
A. πρὸς ἀμυγδάλας δὲ πῶς ἔχεις; B. εἰρηνικῶς.

Post hunc versum intercidisse nonnulla, in quibus de *leporibus* et *turdis* mentio fieret, apparet ex iis, quae Athenaeus XIV 641 F. his versibus praemisit. Tum sequuntur haec:

μαλακὰς σφόδρα δι' ἃς μέλιτι προσπαίζειν βίᾳ

quae tam pessime habita sunt, ut ea tentare sit *πολλὴ μωρία καὶ τοῦ ἐπιχειρήματος*. Sed melius, opinor, quam huusque factum est constitui possunt duo ultimi versus hice:

A. μελίπηκτα δ' εἴ σοι προσφέροι; B. τρώγοιμι καὶ
ᾠὸν δὲ καταπίνοιμ' ἄν. A. ἄλλου δεῖ τινος;

Pro *τρώγοιμι καὶ* in Epitome legitur *τρώγοιμ' ἄν;* unde suspicor:

B. τρώγοιμ' ἄν. A. εἰ
ᾠὸν δέ; B καταπίνοιμ' ἂν κτέ.

Finem his observationibus imponam demonstrando, falso ab Athenaeo X p. 423 C. Antiphani tribui fragmentum comoediae, quae *Δίδυμοι* inscribebatur, hocce:

Digitized by Google

τὸ ποτηριόν μοι τὸ μέγα προσφέρει λαβών.
ἐπεχεάμην (l. ὑπεχεάμην) ἄκρατον οὐχὶ παιδικόν,
κυαθοὺς θεῶν τε καὶ θεαινῶν μυρίους·
ἔπειτ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι τῆς σεμνῆς θεᾶς (l. θεοῦ)
καὶ τοῦ γλυκυτάτου βασιλέως διμοιρίαν.

Ex duobus ultimis versibus sine controversia effici potest, non potuisse haec scribi ab Antiphane. Etenim qui sunt, quos poeta h. l. vocat τὴν σεμνὴν θεὸν et τὸν γλυκύτατον βασιλέα? Non sunt, ut arbitror, reges Antiphani aequales, neque Philippus et Olympias neque Alexander et Roxana. Nam licet iam illa aetate Athenienses bene multi gliscente corruptela τὸ παλαιὸν φρόνημα deposuissent, nondum tamen pristinae gloriae et magnitudinis οἱ διαξιφισάμενοί ποτε τοῖς Μήδοις περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι ita fuerunt immemores, ut in scena tam abiectae adulationis specimen exhiberi passi fuissent. Recentior fuit aetas, qua cecinit Diphilus:

νῦν δὲ καὶ καχεξία τις ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους,
αἱ κρίσεις θ' ἡμῶν νοσοῦσι καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ.

Nisi autem me omnia fallunt, ὁ γλυκύτατος βασιλεὺς non est alius quam Antigonus neque ἡ σεμνὴ θεὸς diversa ab eius uxore Phila, quae fuit Demetrii τοῦ πολιορκητοῦ mater. Audiamus Athenaeum p. 255 C. sic scribentem: τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ βασιλέως κολάκων οἱ περὶ Ἀδείμαντον τὸν Λαμψακηνὸν νεὼν κατασκευασάμενοι καὶ ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι Θριῆσιν ὠνόμασαν Φίλας Ἀφροδίτης καὶ τὸν τόπον Φιλαῖον ἐκάλεσαν ἀπὸ τῆς Δημητρίου μητρὸς Φίλας, ὥς φησι Διονύσιος ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ δεκάτῳ περὶ Ὀνομάτων. Post haec nemo mirabitur in fragmento quod tractamus misceri pocula in honorem novae illius deae eiusque coniugis, quem morem introductum in convivia melius etiam illustrant verba Alexidis e *Pharmacopola* s. *Crateua* apud Athenaeum VI p. 254 A.:

παῖ τὴν μεγάλην δός, ὑποχέας
φιλίας κυάθους μὲν τῶν παρόντων τέτταρας,
τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος προσαποδώσεις ὕστερον·

Digitized by Google

ἕν' 'Αντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῆς,
καὶ τοῦ νεανίσκου κύαθον Δημητρίου.
φέρε τὸν τρίτον (τοῦ φῶμεν; οἶδ'· ἔσται τρίτος [1]))
Φίλας 'Αφροδίτης κτέ.

Ut iam unde orsus sum revertar, quoniam in Didymorum fragmento, haud secus quam in eo quod modo apposui, manifesto sermo est de Antigono eiusque uxore, Antiphanes illius auctor esse omnino non potuit. Constat enim Suidae testimonio hunc poetam natum Olymp. XCIII in insula Chio obiisse aetatis anno LXXIV i. e. ante Olympiaden CXII, neque igitur Antigoni regnum attigisse. Quis fuerit illorum versuum auctor compertum quidem non habemus, quia complures diversorum poetarum exstiterunt olim fabulae eodem nomine inscriptae. Namque **Δίδυμοι** fuerunt praeterquam Antiphanis Alexidis, Anaxandridis, Euphronis, Xenarchi, Aristophontis; **Διδύμας** praeter Antiphanem scripsit Menander. Nihilominus suspicor Alexidem esse auctorem et Athenaeum eodem errore h. l. confudisse huius Didymos cum cognomine fabula Antiphanis, quo Antiphani tribuit, quae Alexidis esse constat, IV p. 156 C. Vide Meinekium Hist. Crit. Com. Gr. p. 306.

1) Haec verba exempli causa supplevi de meo.

Digitized by Google

CAPUT IV.

AD ARISTOPHANEM.

Pacis vs. 259 sq.:

ΠΟΛ. οἴσεις ἀλετρίβανον τρέχων; ΚΥΔ. ἀλλ', ὦ μέλε,
οὐκ ἔστιν ἡμῖν· ἐχθὲς εἰσῳκίσμεθα.

Rectissime in ultimorum verborum asyndesia haesit amicus meus Halbertsma, rescribi iubens: χθὲς γὰρ εἰσῳκίσμεθα. Vide tamen ne lenior corrigendi ratio plus faveat huice lectioni:

οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐχθὲς εἰσῳκισμένοις.

Ib. vs. 265 sq.:

εἴπερ γὰρ ἥξει τὸν ἀλετρίβανον φέρων,
τούτῳ ταράξει τὰς πόλεις καθήμενος.

Ferri non posse ταράξει qui sensit Meineke parum feliciter proposuit aut σπαράξει, quod vulgato haud aptius est, aut κατατρίψει, quod iusto videtur audacius, praesertim quum multo lenius corrigi possit:

τούτῳ (κα)ταράξει τὰς πόλεις καθήμενος.

Ib. vs. 269 sq.:

ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος
[ὁ βυρσοπώλης, ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα.]

Versus manifesto spurius, quippe quo nihil contineatur praeter interpretamentum vocabuli ἀλετρίβανος. Quemnam vocaret poeta Atheniensium *pistillum* spectatoribus erat, ut opinor, aliquanto apertius, quam Brasidam indicari vs. 282 sq.:

Digitized by Google

ἀπόλωλε γὰρ

καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισι ἀλετρίβανος.

Vide autem quam facete haec verba, ne quem lateret aculeus, comicus illustraverit scribens:

ΠΟΛ. πῶς, ὦ πανοῦργ'; ΚΥΔ. ἐς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία
χρήσαντες ἑτέροις αὐτὸν εἶτ' ἀπώλεσαν.

et intelleges, quid inter germanum poetam et poetastrum intersit.

Ib. vs. 286 supplendum videtur: *ἴσως ἂν (ἔτ') εὖ γένοιτο.* Similiter ante *ΕΥ* periisse *ΕΤ* observavimus supra pag. 30

Ib. vs. 439: *μὰ Δί' ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ διάξειν τὸν βίον.* Infinitivus Futuri post verbum *εὐχώμεσθα* (435), unde pendet, ferri omnino nequit (cf. *ἄρξαι* et *λαβεῖν* 436 et 438). Hinc iure suo Cobet pro *διάξειν* reposuit *διαγαγεῖν*. Salva summi viri in hoc genere auctoritate, equidem aliquanto lenius rescripserim:

μὰ Δί' ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ διαζῆν τὸν βίον.

Ib. vs. 505: *οὐδὲν γὰρ ἄλλο δρᾶτε πλὴν δικάζετε.* Graece sic dici posse non praefracte nego, malim tamen:

οὐδὲν γὰρ (ὑμεῖς) ἄλλο πλὴν δικάζετε.

ellipsi paene sollenni verbi *faciendi*.

Ib. 889 sq.: *ὥστ' εὐθέως ἄραντας ὑμᾶς τὼ σκέλη*
ταύτης μετέωρα καταγαγεῖν ἀνάρρυσιν.

Κατάγειν ἀνάρρυσιν non magis Graecum esse arbitror quam *κατάγειν θυσίαν, ἑορτήν*, similia. Idcirco corrigam:

ταύτης μετέωρα κᾆτ' ἀγαγεῖν ἀνάρρυσιν.

In vulgus autem notus est hic usus vocularum *εἶτα, ἔπειτα, κᾆτα, κἄπειτα* et *οὕτως* illatarum post participia.

Avium vs. 695 sqq.:

τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν,
ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός,
στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις.
Οὗτος δὲ Χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ κατὰ Τάρταρον εὐρὺν
ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον κτλ.

tum paucis interiectis haec leguntur:

ὡς δ' ἐσμὲν Ἔρωτος
πολλοῖς δῆλον· πετόμεσθά τε γὰρ καὶ τοῖσιν ἐρῶσι σύνεσμεν.

De industria poeta cum alia vocabula tum epitheta eligere videtur eiusmodi, unde maior fides addatur stemmati genealogico, quod fingit avium chorus. Hinc et tueri fortasse licet vulgatam scripturam Χάει πτερόεντι a criticorum coniecturis sive εὐρώεντι sive ἠερόεντι proponentium, et dubitare de sanitate verborum Ἔρως ὁ ποθεινός. Ad ceterorum certe epithetorum normam expectaveram Ἔρως ὁ ποτηνός, collatis vss. epicis ap. PLATONEM in Phaedr. p. 252 B.:

τὸν δ' ἤτοι θνητοὶ μὲν Ἔρωτα καλοῦσι ποτηνόν,
ἀθάνατοι δὲ Πτέρωτα διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην.

Si quis tamen hanc emendationem necessariam non esse dixerit, non pugnabo.

Ib. 1018:

Ὑπάγοιμι τἄρ' ἄν. Peith. νὴ Δί' ὡς ουκ οἶδ' ἄρ' εἰ
φθαίης ἄν· ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὐταιί.

Neque ἄρα offensione caret neque particula ἄν suo loco posita est. Graecum erit et sanum:

ὡς οὐκ οἶδ' ἂν εἰ
φθαίης (ἔτ')· ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὐταιί.

Quo genere erroris interierit adverbium ἔτι nihil attinet significare.

NUBIUM vss. 486—488, utpote frigidos atque insulsos, Aristophani abiudicaverim.

Ib. vs. 1412 sq.:

οὐ κἀμὲ σοὶ δίκαιόν ἐστιν εὐνοεῖν ὁμοίως;
[τύπτειν ἐπειδήπερ γε τοῦτ' ἔστ' εὐνοεῖν τὸ τύπτειν.]

Sic vs. 1413 scribitur in optimo libro Ravennati eaque procul dubio est antiquissima eius forma. Asyndeton non ferentes correctores in reliquis codd. post τύπτειν inseruerunt voculas δέ vel τε. Novam denique vim ei intulerunt homines docti recentiores rescribendo τύπτοντ'. Permirum autem est neminem, quod certe sciam, sensisse totum

Digitized by Google

versum esse interpretamentum verborum εὐνοεῖν ὁμοίως, quorum leporem isto additamento haudquaquam augeri, quis est quin monitus saltem intellegat?

Ib. vs. 1415:

κλάουσι παῖδες πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς;

»Parodia versus Euripidei *Alc.* 619: χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; unde factum ut tetrametris senarium immiscuerit" Ita Dindorf in novissima poetarum scenicorum editione At vellem vir praeclarus potius ostendisset, quo sensu gaudeat illa parodia; non enim, licet ea res exemplo careat, haererem in senario mediis interposito octonariis, modo trimetro Aristophaneo integra et contextui apta contineretur sententia, quemadmodum continetur trimetro Euripideo. Requiritur enim, ut arbitror, haece sententia: *Plorant filii, at patri non* plorandum *censes?* quae Graecis non inerit nisi restituto tetrametro ad hoc exemplum:

κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς (προσήκειν).

Lysistratae vs. 217 et 218 pro ἀταυρώτη restituatur forma communis ἀταύρωτος. Cf. Aesch. Agam. 251.

Ib. 371 sqq.:

Ch. sen. τί δ', ὦ θεοῖς ἐχθρά, σὺ δεῦρ' ὕδωρ ἔχουσ' ἀφίκου;
Ch. mul. τί δαὶ σὺ πῦρ, ὦ τύμβ', ἔχων; ὡς σαυτὸν ἐμπυρεύσων;
Ch. sen. ἐγὼ μὲν ἵνα νήσας πυρὰν τὰς σὰς φίλας ὑφάψω.
Ch. mul. ἐγὼ δέ γ' ἵνα τὴν σὴν πυρὰν τούτῳ κατασβέσαιμι.

Quid Graeca syntaxis postulet, non latuit Meinekium coniicientem ὑφάψαιν pro ὑφάψω. At *rarissimam* Optativi formam h. l. olim lectum fuisse parum habet me iudice probabilitatis, itaque verisimilius duco, quod sexcenties accidit, scribae hunc versum exaranti oculos aberrasse ad vs. sequentem eumque ἵνα substituisse pro ὡς, quo facto necesse erat ὑφάψων mutare in ὑφάψω. Nempe genuinam lectionem hanc esse suspicor:

Ch. sen. ἐγὼ μὲν ὡς νήσας πυρὰν τὰς σὰς φίλας ὑφάψων.

Ib. 468: *τί τοῖσδε σαυτὸν ἐς λόγον τοῖς θηρίοις συνάπτεις;* Immo *ἐς λόγους*, ut constanter dicitur: *ἐς λόγους ἐλθεῖν, συνελθεῖν, ἀφικέσθαι*, similia.

Ib. 740: *ἣν γὰρ ἄρξῃ τουτονί.*

ἑτέρα γυνὴ ταὐτὸν ποιεῖν βουλήσεται.

Sensus: *etenim si tu hoc prima feceris* cett. sive: *exemplum dederis*, non: *si tu hoc inceptaveris*. Quapropter poetae reddatur *ἄρξῃς*. Cf. 998.

Ib. 937: *ἀλλ' ἐπῆρται τοῦτό γε.*

Corrigatur *τουτογί*.

Thesmophoriazusarum vs 232:

οἴμοι κακοδαίμων, ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι.

Vi caret vocula *αὖ*, pro qua substituatur *εἰ*.

Ib. 536 sqq.: *εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς*

αὐταί γε καὶ τὰ δουλάρια τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι

ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον κτέ.

Recte an secus Porsonus propter craseos insolentiam transposuerit *αὐταὶ | ἡμεῖς*, alii diriniant. Aliud vero est quo magis offendor. Nempe in primi versus priore hemistichio male abundat *ἔστιν* et vel peius desideratur *ὑμῶν*. Loci enim sententia non postulat sed flagitat hanc scripturam:

εἰ μὲν οὖν (ὑμῶν) τις· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς

αὐταί γε καὶ τὰ δουλάρια τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι

ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον κτέ.

Nota ellipsis sic explenda: *εἰ μὲν οὖν ὑμῶν τις (ἀποψιλώσει, καλῶς ἔχει·) εἰ δὲ μὴ κτέ.* Vide Schol. ad Iliad. A. 137, qui legit: *εἰ μὲν οὖν ἔστι τις κτέ.*

Ib. 715: *τίς οὖν σοι τίς ἂν σύμμαχος ἐκ θεῶν*

ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις.

Meineke corrigit *τοῖς ἀδίκοις ἔργοις*, nescio an non recte. Latine certe optime dicas: *quis igitur deorum tibi cum improbis istis factis ferat auxilium?* Terent. Eun. I. 2. 72. *Egon' quicquam cum istis factis tibi respondeam?* Cf. Kritschii adnotatio ad Taciti Germaniam XXVI § 3.

Ranarum vs 334 pro *φιλοπαίγμονα* restituatur forma At-

Digitized by Google

tica *φιλοπαίσμονα*. Testimonium dicito Scholiasta Platonis ad Remp. V 452 E et Cratyl. 406 E.: φιλοπαίσμων Ἀττικῶς ὁ φιλοπαίγμων.

Ib. 546 sqq.: κᾆτ' ἐκ τῆς γνάθου
πὺξ πατάξας μοὐξέκοψε
τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους.

Schol. ad h. l. adnotat: Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὀδόντας εἶπε χορούς. Διόνυσος γάρ ἐστιν ὁ τῶν χορῶν προστάτης, τὸ δὲ ὅλον παρὰ τὴν ὑπόνοιαν. Dentes dici χορὸν et rationem habet et scriptorum quamvis seriorum usu confirmatur. Vide Kockii ad h. l. notam. Ferrem quoque τὼ χορώ, sed eosdem dici posse χοροὺς quis credat? Et, ut vel hoc concedatur, quinam dicantur chori *anteriores*, prorsus obscurum est. Vide igitur, an scribendum sit: τοῦ χοροῦ τοὺς προσθίους, sensu ambiguo, *choreutaene* an *dentes anteriores* significentur.

Ib. 1073 sq.: καίτοι τότε γ' ἡνίκ' ἐγὼ 'ζων
οὐκ ἠπίσταντ' ἀλλ' ἢ μᾶζαν καλέσαι καὶ ῥυππαπαῖ εἰπεῖν.

Pro ΚΑΛΕΣΑΙ procul dubio poeta scripserat ΚΑΠΣΑΙ i. e. κάψαι. *Nihil aliud*, inquit, *sciebant quam offam edere et rhyppapae clamare*. Cf. Eccl. 687 et Nicocl. ap. Ath. X. p. 431 a. Vulgo locum sic interpretantur, quasi scriptum sit αἰτῆσαι pro καλέσαι.

Concionantium vs. 62 sqq.:
ἔπειθ', ὅποθ' ἀνὴρ εἰς ἀγορὰν οἴχοιτό μοι,
ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡμέρας
ἐχραινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

Neque οἴχεσθαι satis recte dicitur de tam brevi distantia, neque probabiliter maritus fingitur per totum diem abesse in foro ita ut uxori nasceretur opportunitas τοῦ χραίνεσθαι δι' ἡμέρας. Ne multa: verum videtur: ἐς τὸν ἀγρόν Articulus ne quem moretur, comparato mihi locum Pac. vs. 1318.

Ib. 667: *Bleps.* τὸ δὲ βῆμα τί σοι χρήσιμον ἔσται;
Prax. τοὺς κρατῆρας καταθήσω.

Graeci sermonis indoles et elegantia Aristophanea certatim postulant, ut legamus: τοὺς κρατῆρας καταθεῖναι,

Digitized by Google

Infinitivo suspenso ab adiectivo *χρήσιμον*. Hic quoque librarii oculi aberrarunt ad sequentia. Nempe vs. 682 legitur a fine *καταθήσω*, quod ibi optime habet.

Ib. 710:

ΠΡ. φέρε νῦν, φράσον μοι, ταῦτ' ἀρέσκει σφῷν; ΒΛ. πάνυ.

Inde á vs. 520 cum solo Blepsidemo Praxagora collocuta est, neque alius vir adest in scena. Cf. 477. Frustra igitur quaesivi, quomodo explicarem h. l. numerum dualem *σφῷν*. Vide num scribendum sit:

ΠΡ. φέρε νυν, φράσον μοι, ταῦτ' ἀρέσκει σέ. ΒΛ. πάνυ γε.

Cf. vs. 760.

Ib. 1015 sqq.:

Ἔδοξε ταῖς γυναιξίν, ἢν ἀνὴρ νέος
νέας ἐπιθυμῇ, μὴ σποδεῖν αὐτὴν πρὶν ἂν
τὴν γραῦν προκρούσῃ πρῶτον· ἢν δὲ μὴ θέλῃ
[πρότερον προκρούειν ἀλλ' ἐπιθυμῇ τῆς νέας,]
ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον
ἕλκειν ἀνατὶ λαβομένας τοῦ παττάλου.

Adulterinus est vs. 1018, quem magistellus nescio quis conflavit e poetae verbis praecedentibus ad interpretandum verba: *ἢν δὲ μὴ θέλῃ*. Hoc tamen isto versu lucramur, quod inibi servata est genuina lectio vs. 1017, quem talem fuisse testatur:

τὴν γραῦν προκρούσῃ πρότερον· κτέ.

Ne Graecum quidem hoc sensu est, quod editur *πρῶτον*.

Ib. 1105 sqq.:

ὅμως δ' ἐάν τι πολλὰ πολλάκις πάθω
ὑπὸ τοῖνδε τοῖν κασαλβάδοιν δεῦρ' εἰσπλέων,
θάψαι μ' ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τῆς εἰσβολῆς·
καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος
ζῶσαν καταπιττώσαντας, εἶτα τὼ πόδε
μολυβδοχοήσαντας κύκλῳ περὶ τὰ σφυρὰ
ἄνω 'πιθεῖναι πρόφασιν ἀντὶ ληκύθου.

Pro *ὅμως* non *ὑμᾶς* corrigendum est cum Meinekio sed *ὑμεῖς*, quia *θάψαι* est Infinitivus pro Imperativo. Cf. Mat-

Digitized by Google

thiaci Gr. Gr. § 546. Deinde in sqq. legendum καταπιττώσαντες et μολυβδοχοήσαντες. Incertior quidem est emendatio verborum καὶ τὴν ἄνωθεν, suspicor tamen:

καὶ τήν μ' ἀνελοῦσαν κτέ.

i. e. *et eam cui immortuus fuero*, ni forte sufficiet (quode tamen valde dubito) lenius rescribere:

καὶ τὴν ἀνόσιον κτέ.

Pluti vs. 188:

ὥστ' οὐδὲ μεστός σοῦ γέγον' οὐδεὶς πώποτε.

paucis mutatis originem debere videtur versui 193:

σοῦ δ' ἐγένετ' οὐδεὶς μεστὸς οὐδεπώποτε.

neque ab ipso poeta profectus esse.

Ib. vs. 202 sqq.:

ΧΡ. δειλότατόν ἐσθ' ὁ Πλοῦτος. ΠΛ. Ἥκιστ', ἀλλά με
τοιχωρύχος τις διέβαλ'. Εἰσδὺς γάρ ποτε,
[οὐκ εἶχεν εἰς τὴν οἰκίαν οὐδὲν λαβεῖν]
εὑρὼν ἁπαξάπαντα κατακεκλῃμένα,
εἶτ' ὠνόμασέ μου τὴν πρόνοιαν δειλίαν.

Vs. 204 frustra corrigitur. Olim additus videtur a sciolo, qui sive ignorans voculam εἶτα haud raro apud Atticos inferri post Participium sive non ferens verbum εἰσδὺς absolute usurpatum, orationem hiulcam esse arbitraretur. Ubi vero sermo est de *perfossore parietum* nullo ad verbum εἰσδύεσθαι additamento opus esse vix est quod moneam. Ceterum cf. Herod. ed. Stein. II. 121 § 2. 10 et 14.

Digitized by Google

CAPUT V.

AD LYSIAM.

Ultimam huius libelli plagulam corrigenti afferuntur mihi HALBERTSMAE mei *Lectiones Lysiacae*, quas avide perlustrans plura reperio ab illo occupata, quae mihi quoque venerant in mentem quo tempore FRANCKENII *Commentationes Lysiacas* adhibens oratorem diligenter re legebam. Largam utriusque viri messem hoc meum spicilegium excipiat [1]).

I § 21. 3 lege *πρός σέ μοι ὡμολογημένων* | § 36. 7 *τοὺς μὲν νόμους* [*τῆς μοιχείας*]. Intellege leges in genus, etiam eas, secundum quas furem in aedibus suis deprensum domino occidere licebat. | § 38. 1 *λόγων* (*μὲν*) *εἰρημένων*. | § 40. 2 dele *ὅτι*. | § 47. 6 *τὴν αὐτὴν* (*τοῖς νόμοις*) *γνώμην*, coll. § 35. | § 49. 1 *τοῦτο* pro *οὕτω*, ne orator ineptiat. | II § 9. 5 dele *πρότερον*, pro quo ferrem *πάλιν*. | § 37. 6 *μεστὴν* (*οὖσαν*) et § 38. 4 *μεστῆς* (*οὔσης*). | § 48. 6 *ἔλαβον*. | § 49. 5 *ἐξ Αἰγίνης* (*αυτοὺς*) *ἀπάξειν*. Sed cf. Thuc. I. 109 § 1. | III § 19. 3 *ουχ ὡς ἠδικημένοι* (,*οἶμαι*,) *ἀλλ' κτέ*.. ne haec verba misere langueant. | § 38. 3 *ἀπαντήσας Σίμωνι ἐμαχόμην* [*αὐτῷ*]. | § 38. 6 *καὶ* (*περὶ*) *τῆς*

1) Chartae ut parcerem, quam paucissimis verbis singulas coniecturas significavi. Numeris utor editionis Bekkerianae, quorum tertius quisque indicat paragraphorum versus. Delenda rectangulis, inserenda arcuatis indicavi cancellis.

Digitized by Google

ουσίας. Cf. VII § 3. | § 42. 4 *φυγὴν ποιῆσαι*. Cf. I § 31 § 33 § 34. | Ib. 5 [*ἀποκτεῖναι*]. | Ib. 9 *εἰ δὲ μὴ κατέτυχον* pro *κατέσχον*. Cf. Demosth. 18 § 178 extr. | § 45. 3 *τεκμήριον* (*μέγιστον*), nam plura iam audaciae Simonis documenta attulit. | IV § 7. 2 *ἄδηλον ὄν*. Cf. Thuc. I 2. | § 12. 5 *ὅτι* pro *διοτι* (*ΔΙ* dittographia natum ex (*ΟΙΜ*)*ΑΙ*). | Ib. 7 dele *τοσοῦτον* male repetitum ex 4, 5. | Ib. 8 *γὰρ* (*ἂν*) *προσῆκε* et 9 *τῆς* (*ἀπ*)*ελευθερίας* aut, quod malim, *τῆς ἐλευθέρας*. | § 16. 2 *ἀναμφισβητητως ἄν τι κτέ*. | Ib. 5 dele *καὶ μάλιστα ᾔδει*. Cf. § 15 extr. | V § 3. 4 *ουδεὶς* (*ουδέν*). | VI § 13 Acute Francken coniecit: *εἰ δ' ὑμεῖς αυτοκράτορες ἀφησετε. ὑμεῖς ἔσεσθε οἱ ἀφελοντες*. Malim tamen: *εἰ δ' ὑμεῖς αὐτὸν κρατοῦντες ἀφησετε κτέ*. coll. § 18, simul expunctis vocabulis *αἴτιοι ἔσονται* post verba *αλλ' ουχ οὗτοι*. | § 37. 2 Vere Francken *κύριαι αυτῷ*, nisi quod praestat *κύριαι καὶ αυτῷ*. Sic enim Graeci solent. | § 43. 2 *ἐαν* (*αὐτὸν*) *κολάζητε*. | VII § 12. 4 *ηγούμενος μᾶλλον ευλογεῖσθαι* [*η*]*ῶς μοι προσῆκε*. Sensum, non verba, assecutus est Halbertsma pro *λέγεσθαι* coniiciens *ἐπαινεῖσθαι*. | § 14. 3 *διεφθείρετο* et *ουθ' ὡς* (*οὗτος*) *ἀμπέλοις*. Ni feceris, *τὸ χωρίον* erit subiectum horum verborum, quod absurdum. | § 18 *ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν αποκρυπτομεθα* [*μηδένα εἰδέναι καὶ περὶ ἐκείνων*] *πυνθάνονται*. Mox dele verba *περὶ τῶν ἐμῶν*. | § 25. 6 *ως* (*ἐπ*)*εργαζομενον* [*τὰ περὶ τὰς μορίας χωρία*]. Cf. § 25 et § 29. | § 26. 5 *τὴν δὲ* (*μίαν*) *μορίαν* flagitat oppositio. | § 27. 3 *ως τοτε διανοούμενος* (Impfti Part.) *τι ὧν νῦν διαβέβλημαι*. | § 35. 2 [*τοῖς*] *θεράπουσιν*. VIII § 3. 6 *καὶ τολμᾶτε πρός*, vel, servato *καὶ ταῦτα*, corrigendum *διαβάλλοντες*. | § 5. 5 *Ἐλευσῖνάδε* (*με*) *ξυνθεωρεῖν*. | Ib. 9 *ωνομάζετε* pro *ἐνομίζετε* [1]). | IX § 2 *ὅτι μὲν οὖν* [*ουκ*]

k-6 II :- 304 Anm. 5.

1) Thuc. III. 82 notissimo loco (*τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη*) et Scholiastes, qui *προσηγόρευσαν*, et Dionysius Halicarnasensis, qui *ἐκάλουν* interpretatur, et Salustius B. C. c. 52, qui h. l. imitans scribit *vocatur*, ante oculos habuerunt veram lectionem *ὠνομάσθη*.

Digitized by Google

ἐμοῦ καταφρονήσαντες ἔξω τοῦ πράγματος κτέ. Cf. III § 46. | § 10. 3 *τοὺς ἐν τῷ σ(υνεδρίῳ) πλημμελοῦντας*, coll. § 6. | X § 23. 2 *ὅτι δικαίως (κακῶς) ἀκήκοα* et sic corrige XI § 8, sed § 26 et XI § 9 deleatur *κακῶς*, quod iterum supplendum post *εἰρηκότι* X § 28. 2. | Ib. 5 post *παίδων* insere *ἀνῃρῆσθαι* cl. XI § 10; nam *αἰτίαν ἔχειν ὑπό τινος* est *accusari ab aliquo.* | XI § 11 *δὲ δὶς (ἤδη)*, coll. X § 30. | XII § 54 an *εἰκότως* pro *δικαίως*? | § 88 *τελευτήσαντες τὸν βίον ἀπόρως* (pro *πέρας*) *ἔχουσι τῆς παρὰ τῶν ἐχθρῶν τιμωρίας*, i. e. *τιμωρεῖσθαι αυτοὺς οὐκέτι δύνανται.* | XIII § 30. 2 dele *'Αγόρατος.* | § 32. 6 *παράγουσι (τοῦτον).* | § 36. 3 *ἐν ᾧ (δ') οὐδέν.* Francken *νῦν δ' ἐφ' ᾧ οὐδὲν ἔτι ὠφελεῖν δύναισθε, εἰς τὴν βουλὴν — εἰσάγουσι*, quod Graecum non est pro *ἵνα μηδὲν κτέ.* | § 92 *ἐπισκήπτοντες γὰρ ἡμῖν ἐπέσκηψαν κτέ.* aut *ἀποθνήσκοντες γὰρ ἡμῖν (ἐπισκήπτοντες) ἐπέσκηψαν κτέ.* Sed illud malim, ut *ἐπισκήπτοντες* locum cesserit glossemati Cf. § 41. | XIV § 2. 5 *φιλοτιμεῖται (αὐτοὺς) τοὺς ἐχθροὺς κτέ.* vel *(καὶ) τοὺς ἐχθροὺς κτέ.* | § 12. 9 *βελτίους ἔσονται [οἱ] πολῖται.* | § 21. 7 *προσῆκε*, nam reprehendentis oratio est. | § 28. 6 dele: *ἀλλ' ὡς ἄνδρα ἐκείνης.* | XVIII 12. 6 dele *ὦ ἄνδρες δικασταί*, male repetitum. | § 22. 4 dele *ἡμᾶς.* | XIX § 10. 4 in Palatini lectione *μὴ δῶσιν* (pro *λάβωσιν*) latere videtur *κερδ(άν)ωσιν.* | § 11 *καὶ (διὰ) σπάνιν — καὶ τοῦ ἀγῶνος.* Non intellego quo sensu Halbertsma deleat posterius *καί.* | § 13 *γεγονότας τε ἐπιεικῶς τῇ (τε* cum Reiskio ins.) *πόλει κτέ.* coll. § 15 *κάκιον γεγονέναι.* | § 25. 1 *τὸ δὲ μέγιστον.* | § 51 extr. *οἱ τολμῶντες ψεύδεσθαι καὶ συκοφαντεῖν ἀνθρώπους ἀποδημοῦντας* pro *ἐπιθυμοῦντες*, coll. § 50, *ὅτι ἀπὼν διεβάλλετο.* | § 56 *οὐ γὰρ (ἐρῶ) φιλοτιμίας κτέ.* | XX § 2. 4 *αἱρεθεὶς ὑπὸ τῶν [φυλετῶν] οἳ κτέ.* | § 5. 5 *ἀλλ' εἴ τις (καὶ) ὀλίγας.* | § 9. 1 — 2 *ὥστ' — ἀπεκτίννυσαν* sunt scholium marginale. | § 13 *ἵνα μηδεὶς αὐτῷ διάφορος εἴη [τῶν δημοτῶν].* Immo *τῶν πολιτῶν*, ut ex ingenti numero (9000) apparet. Sciolo, qui illud adscripsit, fraudi fuit illud *δημοτικώτερος* in prae-

Digitized by Google

gressis. In sqq. suspicor: ἀλλ' ἵνα τὸν μὲν βουλόμενον ἐγγράφοι, τῷ δὲ μὴ (sc. βουλομένῳ) οἷός τ' εἴη χαρίζεσθαι. Καίτοι οὐχ οἵ ἂν (ἐξ ἐλαττόνων) πλείους κτέ. | § 17. 2 malim ἦγον καὶ ἔφερον, ut ἥρπαζον sit glossema. Cf. § 28. | § 19. 4 sententia postulat ἀνδρὶ (τῷ τυχόντι) ἐξαιτουμένῳ, sive ἀνδρὶ (παντὶ) cf. Plat. Rep. 331 A extr. | § 27. 2 pro ἀγαθὸς requiro εὔνους. | § 30 ὧν δ' (αὐτοὶ) πρόθυμοι et mox διά (γε) τὴν ἡμετέραν. | XXI § 24 οὐδεπώποτε ΗΛΕΗΣΑ οὐδ' ἐδάκρυσα. Lege ΗΛΓΗΣΑ i. e. ἤλγησα. | XXII § 4. 3 ὅτι ἂν βούλησθε ψηφίσησθε. L. ὀφείλητε. Cf. XII § 37. | XXIII § 16 transponendum: ἐὰν γὰρ διαμνημονεύσητε (male editur διαμνημονεύητε) ἃ ἐγὼ ὑμῶν δέομαι, οἶδ' ὅτι κτέ. | XXIV § 2. 5 dele αὐτοῦ. | § 10. 6 ὧν εἷς ἐγὼ ὢν περιπεπτωκὼς κτέ. cl. XXVI § 3. | § 12. 3 σιωπᾶν (ἂν). | § 14 ὡς περὶ (cum Franckenio) ἐπικλήρου τῆς συμφορᾶς [οὔσης] ἀμφισβητήσων ἥκει | § 15 partim cum eodem: ὥσπερ εἰ φοβερῶς ὀνομάσειε, μέλλων (δόξειν) ἀληθῆ λέγειν, ἀλλ' οὐχ, ἂν πάνυ πράως μηδὲ ψευδῆ, ταῦτα πείσων. Nempe illi debeo: ἂν — πείσων. Ad ὀνομάζειν, in quo vir egregius sine caussa haesit, cf. Dem. 18 § 35 et § 122. | § 17 τοῖς ΔΕΤΕΡΟΙC ἐξαμαρτάνουσιν. L. ΔΕΓΕΡΟΤCιν i. e. τοῖς δὲ γέρουσιν κτέ. | XXV § 1. 5 (δι)ειδότες | § 20. 3 dele πάσχειν; sin minus, post ἡγεῖσθαι inserendum foret ποιεῖν. | XXVI § 4. 7 dubitabundus propono ἀναλώματα pro ἀναθήματα. | § 5. 3 οὐκ (ἔτι) ἔξεστιν. Cf. Cob. Mnem. III. 296. | § 9. 6 πόλεως, ἣν πρωτεύουσαν (pro πρότερον) παραλαβόντες — ἐλωβήσαντο. Cf. Plat. legg. III p. 692 D. | § 12. 2 dele ἀρχῶν. | § 13. 3. ὅταν (τὴν διάνοιαν) γένωνται ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις | § 14. 3 ἐὰν δὲ νῦν τοῦτον. | § 18. 3 dele τοὺς συλληφθέντας. | § 19. 2 παρὰ frustra impugnatur. Cf. Herod. I. 86 § 6. Soph. Trachin. 589. | XXVII § 4. 6 dele καὶ τῶν δώρων cl. § 3 extr. | § 9. 7 (ἐκ πλουσίων) πένητες. | § 16. 8 dele ποιεῖτε. | XXX § 5. 2 λόγον ἀποφέρουσι pro ἀναφέρουσι. | § 11. 5 ὥστ' (αὐτῇ) τῇ ἡμέρᾳ. | § 12. 2 τις (ἴσως) cl. § 13. 4. | § 18. 7 τῆς γ'

Digitized by Google

εὐτυχίας ἕνεκα. | § 21. 5 *ὡς (εἰς) εὐσέβειαν κτέ.* | § 29. 5 *οὐ(δέν).* | § 30. 4 *(αὐ)τοῖς.* | § 34. 2 dele *τῶν κατηγόρων.* | XXXI § 4. 7 *λεγομένων (μόνων).* | § 5. 5 *ἀκινδύνως* pro *ἀνεπιτηδείως* cl. 6 *τὸ μέρος τῶν δεινῶν.* | § 15. 2 *(ἐπι)γενομένην.* Cf. Dem XXXVI § 7. Verbum simplex otiosum foret. | § 20. 4 *δίκαιον* pro *ἱκανόν.* | § 24. 6 *σωφρονέστερον — ὕστερον, φασι, τῶν ἔργων κτέ.* pro *ὕστερον πᾶσι τῶν ἔργων.* Locutio est proverbialis. | XXXIV § 2. 2 *(ἡ) πάντων.* Fr. 31. 5 *οἷα τοῖς μὲν ἄλλοις* et in fine fragmenti *οἷάπερ οὗτος.* | Fr. 45. 1 Utrum *ἀπέδυ* an *ἀπεδύετο*? Si hoc probatur, fortasse simul corrigendum *ὀργῆς δέ (ποτε) γενομένης.* Mox pro *ἔχθραν* expectaveram *ἔριν.* Alia, quae hic repetere nil attinet, reperies in editione mea *selectarum Lysiae orationum*, quae prodiit Groningae anno MDCCCLXIII sumptibus heredum C. M. van Bolhuis Hoitsema. Inibi ex codd. Dionysii Italicis a me primo collatis (in quorum numero est optimus Laurentianus Pl. LIX 15 membr. sec. XII) paullo emendatiorem edidi orationem in Diogitonem et iudicium critici Halicarnasensis de Lysia

CORRIGENDA.

Pag. 14. vs. 5 *legitur* Prom. *corrige* Phil.
» 21. » 26 *dele verba* adverbium — dialectus.
» 38. » 13 *ἔφερε* tamen fortasse dubitationi est obnoxium.

Digitized by Google

Digitized by Google

Bij den Uitgever dezes is voorhanden:

H. VAN HERWERDEN, Exercitationes criticae in poeticis et prosaicis quibusdam atticorum monumentis. Accedit descriptio codicis ambrosiani, quo continetur fragmentum onomastici Pollucis, cum praecipuarum lectionum elencho. Gr. 8°. Hag. Com. 1862. . . . . *f* 2,70.

Digitized by Google

Pamphlet
Binder
Gaylord Bros., Inc.
Makers
Syracuse, N. Y.
PAT. JAN 21, 1908

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 07041 2112

Digitized by Google